

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**[Histographi exidii Hierlimorum]- Cod. Aug. perg. 101**

**Hegesippus**

**[S.l.], [9. Jahrh.]**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-92323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-92323)



7

INCIPIT PROLOGUS HEIESYPPHIS  
TORIA GRAPHI EXCIDI IHERLIMOR

**Q**UATTUOR LIBROS REGNORUM QUOS  
scriptura complexa est sacra: & iam ipse salo persecutus usque  
ad captiuitate iudeorum muriq; excidiū & babilonis triū  
phos. hystoriae in more composui Machabeorum quo  
que res gestas propheticus sermo pauca absoluit. Reliquorum usque ad  
incendiū templi & manubias titi caesaris relator egregius hystorico stilo  
iosephus. utinā tam religioni & ueritati attentus. quā rerū indagari. & ser  
monum sobrietati.

115

**C**onsortē segenim p̄ fide iudeorum & iā in ipso sermone exhibuit. quem  
de eorum supplicio manifesta uit. Et quorū armade seruit. eorum tamen  
sacrilegia non dereliquit. Deplorauit flebiliter aerumnā. sed ipsius causā  
aerumnae non intellexit. Unde nobis carae fuit. p̄ ingenio pe f̄reat. sed fidei  
intentione. in hystoriam iudeorum. ultra scripturae seriem sacrae paulisp̄  
introrsum p̄gere. ut ea quā in spinis rosā in quereant. inter sacra impiorum  
facinora quae digno impietatis praetio soluta sunt. quāuis aliqua. uel de  
reuerentia sacrae legis. uel de sacrae religionis constitutionisq; miraculo. quae  
magis licet heredit. ut in aduersis obtentui fuerint. ut honori in prosperis.  
simul quod est in iudomesticae impietatis. liqueat uniuersis. quod ipsi  
sibi. propriae cladis auctores fuerit.

+ lucet

Primum quod alia curantes romanos in se conuerterunt & ad cognitionem

lib. iugie maioris.





regni sui iura uerint. quib; ignorari satius fuit. Rogauerunt amicitia. fidem.  
 non seruatur. Tacem uiolauerunt. uirtute impares. Postremo bellum intulerunt.  
 quib; spes omnis in innocens non in uiribus erat. cum sit omnium <sup>plus</sup> miserabile claudi ob  
 sidione. Quae etiam sibi bene procalit. augere saepius quam minuere pericula sola.  
 Ac ne quis uacuum fide & supfluum putet nos suscepisse negotium. ideo p. principes  
 ductum hebraeorum genus omne consideremus. ut liquido clareat. utrum a femori  
 b; iudae. nusquam generationis eius successio claudicauerit. an uero offenderit  
 in principum seruae. sed manserit in eo cui reposita manebant omnia. & ipse erat  
 spes gentium. Hinc igitur sumam exordium. **EXPLICIT PROLOGUS**

110

†  
 Huc usque p. fatio.  
 De hinc historiae  
 ordo.

†  
 Dematthathia  
 sacerdote qui  
 ritus hebraeorum  
 negligi nequiuit.  
 ita ut etiam im  
 molantem simu  
 lacris. gladio trans  
 uerberauerit.

**B**ello paritico quod inter machabecos duces. gentemq; medorum diuturnum ac fre  
 quens. uariaq; uictoria fuit. in centuum principum dedit sacrilegum dolorem.  
 Quia rex antiochus cui nomen in iustis antiochi regis filius ubi aegyptum  
 quoq; suo imperio adiunxit. in superbia adlatul. quod de incerta bellorum prospe  
 ra uissent. ritus haebraeorum negligi misteriaq; eorum p. fanarum uisitat. Idq;  
 postulantib; plerisq; iudaeis si tacere ausus. quod factum. mathathias sacerdos  
 p. peti nequiuit. Nec solum ipse teperauit a sacrilegio. regaliq; aeducto non opte  
 perauit. uerum etiam immolante simulacris hostias depopularib; suis nactus  
 gladio transuerberauit. sed insti  
 tuit sab  
 bato pu  
 gnari a  
 iudeis

**E**t congregata manu atq; iudeis ad societate aduersus. ipse cum filiis suis teme  
 rantes usum patrium & iustitias legis. alios necauit. plerosq; expulit. bellumq; sabba  
 to adoriendi uictor fuit. p. similitate ipsi quoq; deciperentur. sicutia pleriq;  
 eorum. dum sabbaio bellum suscipere detraherent. in uentibus in sese hostibus. inultisq;  
 cubuere. Potentia. prospera actus dederunt. Et p. se ueritate in uero usq; ad ex  
 itum uitae. studium defensionis. & pietatis uigor. Sed cum sibi supra em diem  
 adesse intellegere. uocatisq; uiribus atq; assistentibus liberis. hortatus est uicue.



erentur, <sup>patria.</sup> tēpliq; religionem. Ducēq; hū iudā machabeū curae ac sollicitudinis  
 successore reliquit; Qui bello serenuus. consilio bonus. ac p̄ caeteris fide promptus.  
 quā frequenter innumeras hostiū copias. parua manu fuderit. p̄sequi non est  
 praesentis negotii; Quod tam breui colligere datur. Saepē prosperis usus successib.  
 exultante in se magna hostiū multitudine. Quacircū fusus undiq; dū cedere  
 pudori excusmat. fugientib; focus in proeliū ruit. caesisq; quos aduersum iterat.  
 alacere circūuenit. soltamulū p̄pria morte. occiditur.

**H**uc successit ionathas. nimis uirtutis similitudine par. quā naturae germa  
 nitate; Qui post multa in bellicis reb; opera. in reb; sacris officia. quae circa tē  
 pli purificationē spectata ac probata sunt. p̄tenta p̄ dolū amicitiae fide intra  
 urbē hostiū datus. p̄eclongō post interuallo necatus est. Johannes & iā seneca  
 natu frat̄. & eleazar iunior caeteris. pro religione mortē non recusarunt;  
 Iosthot. rei summā simon recepit. ad quam non rudis. sed iā probatus frat̄ne  
 societatis triumphis appropinquauit. Utinā & ipse tā p̄spicax ad fraudes ca  
 uendas. quā manu ualidus. bellandiq; artib; satis spectatus; Etenim cū uirtu  
 tis ope romanorū duceb; regib; que gentiū amicitia foederauisset. & ptolomeido  
 lo generis sui rogatus ad conuiuū. inter mensas & pocula cū duob; filiis quae de  
 rant circūuentus atq; exutus armis. impie neci traditur;

De ionatha  
 simili iude

De cholomaida  
 ciuit

**S**ane praecuenit insidias iohannes. ortus ex simone. cui nomen hircanus. Eyppe  
 raut ad uiciniae urbis moenia. Ubi apto propterea egregia patris merita. odio  
 quodq; hostilis sceleris expeccabatur; Uix deniq; ingressus urbē est. & iā ptolo  
 meus aderat. Sed cum palū portā ingredi uellet. & repulsus. multitudinē ceden  
 dū exit timauit; Adsumpsit ilico ionathas p̄terni sacerdoti munus. & ad cultū  
 rerū diuinarū p̄fectus. statim pietatis officia. curāq; seruandē necessitudinis  
 exsequabatur. matre cupiens fr̄iq; periculo auferre. Congressūq; superior  
 factus. iuste passionis affectu superabatur. quominus castro potaretur in.

Abhinc ioh  
 ortus ex si  
 mone qui  
 & hircanus



quo clausi obtinebantur; Nam ptolomeus ubi seurgere uidebat. matrē eius atq;  
germanos in muris locabat. p̄cipit androsilico. nisi ionathas bello quod infere  
bat desisteret.

**V**incebatur iuuenis pietatis m̄u. qui uincebat fortitudinis adsumptione.  
Et iracundiā excitatā in hostē. reuocabat suorū misericordiā. Mater tamen pa  
rata ad tormenta. tendebat manus. obsecrans non salutis auxiliū sed ultionis so  
laciū; Uerebatur enim. ne filius plus matri metueret quā paternę uindictę  
in penderet. Sibi mortē illā loco immortalitatis futurā. quam maritus uindi  
catur. & gener impius pro scelere inmani poenā exsolueret. Sed iuuenis  
plus in trāsē ipsum quam in hostē proeliabatur; Nā quoties patrē cogitabat.  
accendebatur. Rursūscū matrē uerberari atq; ad necē aptari uideret. mol  
liebatur. reuocabat impetum. Referebat gradū. quia retrahēbat passio;  
Inter obsidionis moras. feriatas ex lege supuenit annus. qui erat septimus; Ces  
sit pietas religioni. soluta obsidio est; Sed eo magis ptolomei excitata inmani  
tas. Ut quorū obiectu pestem euaserat. eos singulari iuberet. Qui continuo se  
ultionem exemit. ad zenonē cui nom̄ cotile. filadelfię regē confugiens. ut eius  
ope sese tueretur;

**N**ec antiochus queuit. qui si non patri ionathę ludibrio si os fuisse exercitus  
indignabatur. Cupiensq; ad surgentes adhuc ionathę primitias extinguere.  
cū magna ueniens manu hierosolimā hircanū obsedit; Reppulit hircanū auro.  
quem ferro nequibat. Reseratoq; ut ioseppus auctor est dauid sepulchro. tria  
milia auritalenta eruit. Ex quib; trecenta adnumerauit antiocho. ut obsidionē  
relinqueret. praetio emptus abiret. Atq; ut facta inuidiā leuaret. fertur ea pe  
cunia hircanus instituisse primus xenodochia quib; aduentū susciperet  
pauperū peregrinorū. Au cupatus etiā antiochi necessitate quam edis bel  
lū inferebat. ultus dispendium est. plurimasq; urbes siriaē sibi adiunxit.

Institutio xeno  
dochia. uel suscep  
tio peregrinorū



Samaritam quoq; ubi postea sebastia condita est. circūdedit munitiōib; Cuius ex  
 pugnationem. aristobolo & antigono filius suis mandauit. Quorū lenta obsidi-  
 o. usq; additā famē & aetra alimta humanorū cadauerū clausos coegit. Qua  
 impulsū necessitate. opem ab antiocho cui nom̄ aspondius petendā arbitrati.  
 ferentē adiuuenta. aerumne societati implicauerūt. Uicitus enim a frīb; proelio.  
 fuga sese eripuit neci. Samaritana autē repetita obsidione. captaq; & eversa urbe.  
 seruito dati; Quorū <sup>secundarū</sup> processū excitati aristobolus atq; antigon.  
 impetū non <sup>primib; urt</sup> refrigerabant. sed adiungere sibi finitimos bello coactos. haud  
 quaquā dissimulandū arbitrabantur. donec inuidia abhorta. bellū imma-  
 ne exarsit. conspirantib; locorū incolis. & coacta ualida manu. Quae tamen  
 uicta p̄fundā in reliquā tranquillitatē iohanni exhibuit & sibi ocium; Hirc-  
 canus tricesimo & primo anno longe quietas gratia functus. die clausit. quin-  
 q; liberis sup̄stitib; quod a plerisq; beatitudinē datur. moderator aegregius.  
 & pulchrae sobrius. qui nihil unquā uel fortuitis euentib; dereliquerit. in  
 quo accusatus offuscaretur. Uxori summae rei commisit negotia. ipsā con-  
 sultius ratus reb; publicis moderaturā. filios p̄scientia quadā animi tenens.  
 non diuturnos fore

et sefellit opinio. Siquidem aristobolus cui inter fr̄s aetas p̄uictior. mens p̄-  
 ruptior. principatū sacerdotū ad regni potentia uertit. & diadema p̄ri m̄  
 inponere sibi usurpauit. post quadringentos septuaginta quinq; annos.  
 triūq; curricula mensium. ex quo de babilone remeans isrl̄ seruitio exu-  
 tus. in suam terram sese recepit;

Superbe itaq; nec parte ponere caeteris contentus frīb; solū antigonam  
 honoris speciae quia uidebatur diligere mulcebat.  
 tatis exhortē & iudicio uiri fraudatā se ex postula-  
 uinculis. Et usq; eo processit immanitatis parti

macre quia potes  
 ueraz alligauit  
 cidali spū ferox.

S abastia que  
 prius samaria

Hic hircani functio  
 Euxoris ei in p̄se  
 summa ab eodem  
 derelicta successio

Dehinc aristobo-  
 lus hircani filius  
 ceteris frīb; aetate  
 p̄uictus.

Hic aristobolus  
 i sacerdotio ip̄s  
 ita i m̄c̄ fut  
 erudo.



ut & ipsam & fratres suos similimodo uinctos arca custodia detineret. Quippe usque  
ad mortem summam fame compellerentur. Nimirum Aristobolus scelerati  
parricidii merita dissoluisset;

A primam in ipsam antagonum ferus animus exasperatur. Et de amore in odium con-  
uertitur. ut eum ante oculos necaret. quae solum sibi consortem imperii pollicebatur;  
Adeo apud improbos affectus uilis. ut cito prauis suggestionibus extorqueat;  
Dignum igitur. ut crudelitatis eius seriem non praetereamus. quod iudicium iohannis  
& iam post mortem probetur. qui summam publice re committenda seniori filio  
haud quaquam existimauerit. quem tanto declinaturum fore a pietatis lege  
& norma iustitiae prauidebat. haud scio morum nequius conuictu. An insita gratia  
sacerdotum principibus. ut his aliqua quae futuraerant. & iam minus dignis  
infunderentur.

Et acinus miserabilem fuisse qui fratribus inuiderent amore naturae. In demali  
prima aborta est labes. Inuidiam commenta consecuta huius modi sunt; Com-  
posuerant primo alia quibus fide Aristobolus non detulit. Et ob rectationem  
emolliuit caritatis gratia. inuidie tribuens delationis amaritudinem. Ideo ful-  
sa ueris admiscuere. ut ex his quae ad speciem ueri aduersa drententem circueunt.

Scenophagia iudaeorum. in terris ex lege celebrabantur. Dies iudicus & festus. & ple-  
nus reuerentia. quo sacrificium sole ne defereretur; Et die clarus militiae ges-  
sus Antigonus domum reuertit. Et accidit. ut fratrem adueniens. inaequale offende-  
ret. Illico ad templum. quidem praeferrae religioni. ut erat succinctus ornatum  
bellico. & circumfusis comitatu paritendit. multum sibi pro fratribus salute dominum precator.  
& inde ad fratrem sedulus sperat. Hinc calumnia componitur acerbo felle.  
& acerbioris paratur exitu. Continuoenim regem ad eum in probissimum ho-  
mines. & inuidiam ex-  
priuatis molest

itant. quod pompam armatorum celebratiorem. quam  
dixerit. ostentari uulgo futuram. ne quis conaabit.

o. a malos fuerit plus dixit

Detractio

Narratio doli  
Aristoboli in nece  
Antigoni ante  
dilecti



eius obuiare audent. tanto apparatu non aliud nisi necē regis. & usurpandi imperii potentiam affectatam. haud difficile eger animus in ualido fessū corpore impulsus est. ut credibile ducere quod puero asserbatur. maxime cū dies sacratus religioni. mendacii suspitionē excludere. pompa excitare & inuidiam infirmitas metū addere. armatorūq; cohors fidem patrandi sceleris implere. Itaque prius quam sibi p̄baret temptamentū aliquod flagitii particidalis stipator et suos cum armis sub & in h̄r p̄ogeo obscuro locari. qui aduenientē antagonum diloricarent. <sup>dolo necarunt.</sup> Nec spectarent imperiū regis. sed ipsi extinguerent. Sane mandato p̄nuntios praemisso. ut in hermis ueniret;

Et uis indicii qualitate nupta aristobolo in aduersum mutauit. ut pillos conuictos sibi. insinuari faceret antagono. fratrem eius delectatū ē armorū decore quib; proxime accinctus fuerat. sed paegritudinē intentus non considerasse. nunc petere. ut omnē illū ornatū bellicū quē sibi composuisset ad fratrem deferat gratū hoc er̄ futurū. si armatus adesset. Antagonus dolū non praeuidit. Dicto paruit eos studiosius. quod placeret regi pariter & fr̄i desiderabat. Decūbebat aristobolus in castro cui nomen primo baris. postea antonia fuit. ab antonio delice & trium uiro donata appellatione. cū urbis dignitate. Et postquā antagonus adpropinquauit atq; accessit ad illū obscuram transitū. conspicientes armatū uenisse regi stipatores. adorsipente iuuenē. praecepto sacis faciunt. atq; imprudentē opprimunt. Hic locus stratonis turris appellabatur;

Quo deceptū uocabulo iudan quierat. et seus genus. opimo est frequens. Quē siue p̄bitate uitae siue mystica obseruatione. saepe quae futura erant annuntiare. historia uetus prodidit. Itut accepimus cū uidisset antagonam praeter euntē ut fratrem reuideret. dicit ad eos quoniam numero discipulorū eius annectebant. Saepē nunc mihi bonū ē mori. quando mihi mortua ueritas est;



Inuit antagonus quem necesse est hodie interfici; locus autē eius neci decre-  
 tus. Stratonis turris. quiescentis scadus hinc abest; Hora iā diei quarta est;  
 Tempore itaq; excluditur praedestinate mortis fides; Haec ubi dixit intentus  
 secū ipse conferre coepit. quomodo eū fefellisset opimo; nec multo post iudiciū  
 deferatur interfectū esse antagonū in huius pogo ad Stratonis turri. Quilocus  
 simili vocabulo aeq; ut ille qui erat in maritimis caesariae nuncupari sole-  
 bat. Eo facinore patrato Aristobolus secum ipse reputans quid sceleris admi-  
 serit in morbu ipse incidit; Erat in oculis parricidū. perturbatio in animo. nec  
 ullum interuallū dissimulationi dabat; Defigebatur in iymis uiscerib; dolor.  
 Inuidia in miserationē uersa est. quod innocentē pmississet contra uis germa-  
 nitatis; Tanti sceleris immanitas mentem exulcerabat; Non somnus oculis.  
 non quies animo dabatur. Serpebat caeco uulnus dolore. Coquebant aegra  
 p̄cordia durae sollicitudines sauciabant in ualido sartus. & cerebro gemitu  
 pulsabant aeternis suspiria; Itaq; in moderata maestitudine eo prupit  
 morbi uis. ut conuulsis uiscerib; sanguinē uomitu oris reiceret; Quē puer u-  
 licus regis usib; exhibens ministeriū. foras extulit atq; imprudens facti quod  
 casu potius quam industria gerebatur. ad eū locū puenit. in quo antagonus  
 fuerat extinctus. Illic supra rorantes adhuc fratrum sanguinis maculas per-  
 cussoris sanguinē effudit.

Clamor subito factus & gemitus inuentū. eo quod p̄funda quadā dispositione  
 dñi libatus p̄empto scelestissimi parricidae sanguis uideretur; Sono exci-  
 tus. causam quaesiuit. Cum sileretur. elicit studio quaerendi. & motu indig-  
 nationis; Cuius accepto iudicio. suffusus oculos lacrimis. & quantum erat in eo uir-  
 tutis ingemiscens ait. *inquit* Rependitur meritis meis congrua uicissitudo;  
 Neque enim dī oculum tam impu machinator sceleris praeterire poteram.  
 matura flagiti ultio subest. & digno iā conuenor parricidii mei pretio;

Vere similis ultio  
 in Aristobolo ut  
 in eum de Achimis  
 so fratricidio.

Inuesto Aristoboli



ualecorpus; Quousque animam fratri matrique condempnatā retinet. Quid  
 per partes eis libomeum sanguinem. In me si qua est omnis pietas contorque  
 at manus spicula! me omis filu germaniq. ultore pietatis gladio transfigant;  
 mactetur hostia parricidalis. atq. immoletur uiolatz necessitudini; Totum si  
 mul caro noxia sanguine euomat. Non uiscerū meorum cruciatib. & lenta  
 tate. daemontium exsaturetur. quod me intam nefarios ausus saeuifacino  
 ris inpegit

H is dicitis. finem imperii acuitae. edidit. uix anno functus potestate regia prop  
 ter quam parricidium non effugerat. Solut ilico mulier. atq. exiit uinculis  
 fratri defuncti. Regem confatuut alexandrum. cui & processa aetas. & mode  
 ratio suffragari aestimabatur; Qui ut regnum adeptus est. fratrem quem aduer  
 terat regni cupidiorē statim interemit. Reliquum qui superat ex fratrib.  
 uitae ac saluti potius quam regno intentum reseruauit uacuum negotiorū.  
 continuoque ut se habet inquietudo morum. bello pacem mutauit. Congres  
 suque habito aduersus lathrum ptholomeū. plurimosquidē hostiū interfe  
 cit. sed ad lathrum uictoria deflexit. Cui tamen fructū uictoriae ademit  
 cleopatra mater. coacto in aegyptum concedere. ut <sup>morte</sup> ~~matre~~ sibi unminentem  
 euaderet. Cuius absentia alexander aucupatus. dū regni eius partes inuadere  
 cupit. & iā theodorū in se conuertit. qm̄ potissima quaeque de eius possessioni  
 bus sibi ad sociauerat; In puiō itaque impetu. theodorus regias opes occupa  
 uit. decem milia quoque iudaeorū proelio fudit; Sed sup̄ plagā factus alexan  
 der. plura adhuc de hostiū partib. suo imperio adiunxit. captarumq. urbiū  
 populos seruitio subegit; hos bellandi successus. domestica seditio interpala  
 uit. Et orta de conuiuiis. usque ad bellū contentio pcessit. familiaripeste  
 huiusmodi iudaeorū uiris. ut de epulari ludo sese in arma excitarent. ac ni  
 si peregrina auxilia regi presto fuissent. seditio praeeualuerat. Sed aduen

H. am alexandru  
 in regno similem  
 superiori crude  
 litate

In epulas bel  
 lanti usum ex  
 orsum



ticia manu aegrae licet compressa est. Tamengto milib; ferme hebreorum in  
teremptis; Inde marabiam iter direxit. A nonnullae eius urbes subactae. tribu  
ta quoq; moabitis & galaditis iure uictoriae adscripta; unde regressus in ama  
thun. theodoro tantae eius successib; stupefacto. uacuum defensorib; castellū inue  
niens. sine mora expugnauit;

¶ Nonusque quaque tamen otiosus ob odia rex arabum fuit. nec inultum regni sui  
passus dispendia; Nam insidus oportune locatis. omnē exercitum eius deleuit.  
conclusū uallis profundo & multo camelorum agmine adtritum. euasit tam  
alexander. Et fugiens de praedio. hierosolimitane urbis receptacula petit. Inui  
sus suis. qm̄ recruduerant in odia aerumnarum eius occasione. quante metupo  
tentiae praemebantur

¶ Et silentio tegebatur animorum discordia. aut uerbis tantum modo exercebat.  
proelia. non uno. sed plurimis decretatum. quib; extincta fere quinquaginta  
iudaeorū milia. quos alexander interemit. suis quā hostib; perniciosior. & ma  
iore uictori detrimento. qm̄ regni sui uires uincendo adtriuerat;

¶ Inde. ne ipse quidem iam suis uictorius delectabatur. A uersusq; a praedio. arte  
tracabat sibi subditos. ut iam non armis praemeret. sed uerbisurgeret. ac solis  
sermonib; offensionum genera dissolueret. nihil tamen proficiebat ad colli  
gendā sibi gratiam. qm̄ finctis facinora praeponderabant. Atq; ipsa repenti  
na conuersio ad penitentia morūq; inaequalitas saeua passis. suspecta habe  
batur; Deniq; cū simulata eius placiditate. se circumueniri arbitrarentur. de  
metriū regē sibi auxilio futurum aduersus alexandru in bellum excitauē  
runt; pugna in manibus. Nec conperendi nata. quamuis unum aduersum du  
os exercitus numero inferiore certandum foret; mille enim comitatus  
equitib; & sex milib; pedum quos mercede sibi ad sociauerat. decem milia quoq;  
iudaeorū sibi conspirantium in bellum arceriens. iuxta urbē sicimam.



occurrit hostib; Quib; triamilia aequitū erant & peditum quadraginta milia  
 temptatoq; utriusq; agmine. ubineq; demetrius pecunia conductos desiscere  
 a fide uidit. neq; alexander de iudeis aliquos quibus sedemetrius adiunxerat de  
 posuisse erga se odia cognouit. armis decernendū aestimauerunt. Superior  
 bello demetrius factus plurimotamen suorum sanguine; Nāq; ab his quib; di  
 uerso mercede conducti uenerant. egregie bellatum. Ita. ut usq; ad mortem uir  
 tute ac fide certauerint; Desitutum itaq; sese alexander uidens. caesis suorū  
 ceteris. in montes concessit; Sed praeter utriusq; spem. ad alterū eorū species  
 uictoriae puenit. fructus alteri partus. Quia & demetrius nudatus est disces  
 su hebraeorū quieundē ad societate rogauerunt. & alexandro ex ipsis sex mi  
 lia sese adiunxerant. more quodam humani ingenii ad stipulantib; admiseri  
 cordiam rebus aduersis.

*Adquisito*

Cessit itaq; demetrius ei quem bello uicerat. uidens illū adfluentib; paulatim  
 hebraeis iam pugnae idoneum. seseq; cum paucis relictum. Cuius uictoria liber  
 tate ad suētis dominationis metum mouebat; Rediit alexandro sic uicta cum  
 securitate. regnumq; in suos & uisus bellis reformatur; Querentia ab his quid nā  
 faciens animos sibi plebis conciliat & responsū est. si moreretur; Uix enim  
 forte cum mortuo tā graua p pessi ingratiā reuerteterentur. ut odia aduer  
 sus defunctū deponerent; Quib; excitatus rebellandi q; ad suētudine multis spe  
 catis. reliquos coegit in urbem cui nomen bemeseleh; Cuius expugnatio. acer  
 biores solito pestem inuexit. tā saeua crudelitatis processu. ut ex eo numero oc  
 tingenos in media ciuitate crucifigeret. Quorū in conspectu. coniuges eorū  
 filiosq; iugulari iussit; Haec spectabat. accubans in medio concubinarum; laet  
 inter aescas & pocula. Sed magis sanguine quā uino inhebraatus.

*Ps*

Hoc solo facto. amplius populum quā bello deterruit. Ita. ut proxima nocte  
 iudaeorum octo milia ultra iudaeam discederent. Quib; fugae finis. mors



alexandri fuit. tantaque horror mali quietem regno attulit.

**S**ed ubi adomefacis feriatur proelus. exorta est eicausa inquietudinis antiochi. aduersum arabas expeditio. quam sibi terribilem & periculo futuram arbitrabatur. hic est antiochus. qui etiam dyonisius appellatur. demetrii frater. a seleuco ultimus. cui transitum negare cupiens alexander. inter urbem antipatridem

**N** Antiochus  
qui & dyonisius

et i opes littora foueas ingentibus. ductas. muroque altissimo. turribus quoque ligno impostis. elisit operam magnos uorum labore nullo hostis impedimento. Siquidem negotio facili repletae foueae turresque exustae. ipse quoque alexander fuga sibi consuluit. Et tutior. quia nequaquam tantum aestimatus ut eum uictor principis loco persequi deberet. Nam secundis partibus reseruatam. ut itinere obstructo iniuriam acceptam ulcisceretur. Recta autem in arabas iter direxit. quorum rex in loca proelio oportuna sese contulerat. Deinde subito conuerso. equitatu. maxime ac multitudine. effuse ac sine ordine ruentes hostium turmas inuasere. Certatum acriter. quod antiochus resistit. Renitebatur enim. quamuis exercitus eius quasi more pecorum obtruncaretur. ubi uero & ipse cecidit. nam praeter ceteris sese offerre solebat periculis. auersionis. quorum maximam partem incerto fugae dispendio extinguitur. reliqui in uicem curannan nomen coacti atque alimentorum inopia consumpti. uix paucissimi exhistantia cladis superfuere.

**A**ntiochus adama  
chen expetitum  
regnum.

**H**oc successu. areta etiam ad amaseni ad regnandum expectatus ut coelestriae imperitaret. quo ptolomeum excluderent. quem maxime infestis odiis persequerentur. nec iudaeam immunem reliquit incursionis. De qua uictor licet superato alexandro. secundum utriusque. tamen patris conuentum discessit ac reuertit in sua. Alexander autem. pellam euerit. & gerasan petit. iterum de theodori possessionibus. aliquas sibi adiungere parans. eamque sibi bello uindicauit. Inde in syriam progressus. gaulanen & seleuciam & gamellam euerit. ultra superioris belli contumeliam. Ipsasque antiochi munitiones diruit. quibus <sup>in locis</sup> exclusit.



iter in iudaea conuertit. ac praeter spem. cum gaudio totius gentis suscipitur pro  
 mirabili successu rerum gestarum; ubi parva bellandi quies exordiū tribuit  
 egritudinis. atque aliquantulum quartanis febriū uicibus. adfectus. leuato paulis  
 per incommodo. dum negotia repetit militaria. nec modum seruat. animo ualidior  
 quam corpore. committit omnem suae uigorem salutis. uiresque absumpsit.  
 atque ita mortuus est; uiginti uero & sex annis. uariis rerum euentibus. aduersum  
 innumeros bellorum tumultus regnum tenuit. Et duobus liberis superstitibus decessit.  
 Quos in parem regni aestimans gubernaculo. summam rerum uxoris proprie dele-  
 gavit sollicitudini. quae eam acceptiore populo cognouit. atque hoc apud unuer-  
 sos inuenisse gratiam. quod & iam ipsa ab immanitate uiri semper alienam sese  
 faciendam existimauerit. ut non solum refugeret & flagitiorum consortia. sed & iam  
 resistendo eius iniquitatibus; totius in se plebis conuerteret & beniuolentiam.  
 Nec in puida uiri sententia fuit. Nam regnandi uis mulier inoffense exercu-  
 it. sine ullo feminei sexus impedimento. & ad quasiuit moderandi gratiam  
 sacrae legis obseruatione; Nam dum ad tentior circa templi cura exerceret.  
 & remissa ministeria fraudis sunt. creuit imperii uigor. Ne tamen affectui  
 infracta materno regni cupido; si quidem ex duobus liberis. electus unus ad spe-  
 ciem regnandi non potestate hircanus uocabulo. natus senior. ingenio re-  
 missior Aristobolum uero acriore animo ex parte potestatis emolliebat pri-  
 uati humilitate.

Huc usque alexandri  
 cui electione uxor  
 gubernaculum  
 tribuebat.

Hircanum electum  
 amatore ad spe-  
 rem regnandi non  
 potestate.

Seductio phari-  
 seorum ad prominen-  
 tiam feminae  
 demulcendum ad-  
 lationibus animi

Ad suerunt se pharisei mulieri. Genus hominum secundum legis doctrinam exer-  
 citatum. secundum qualitate affectus callidum. auidum negotiorum pecuni-  
 ae appetens; qui captantes elatam mulierculam secundum scientiam iuris diuini  
 extollendo suam fecere. ut plerumque etiam regni negotia ipsis committerent & ad-  
 hiberent quos uellent. quos uellent excluderent. atque aulico exuerent minis-  
 terio. Quid plura. Ita sese insinuauerunt. ut commodorum omnium fructus ad



eos puenirent. fuptus. & molestiae mulierē solā adficiēbant ;  
Nec mediocri mulieris sps. ut maxima quaeq; auderēt. ac supra feminei sexus con-  
dicionē proeli ad disponerēt. Siquidē & praestantissimā desuis manū parauit.  
& peregrini exercitus copias ingentes coegit. Ut non solum domitura ad omne  
regnandi securitatē foret. uerū & iā exteris esset potentib; formidabilis; Ea  
tamen reliquis praestabat omnib;. Sed phariseis. quasi inferior optēperabat ;  
Erat diogenes in regno eius. quide potis simi alexandri amicis familiaritati  
eius inheserat ; Cum ad orsiobtruncauerē. memorantes ipsius consilio occu-  
gentos illos in medio urbis ab alexandro crucifixos ; In caeteros quoque fa-  
cinoris auctores. ut pgerēt ultio mandatum ; Nec abantur itaque quos phari-  
saei praecipiebant. non quos societas sceleris inuoluerat ;  
Quo metu perterriti pleriq; quibus huiusmodi pericula intendebantur. &  
maxime praestantiores opib; aut dignitatib; ab aristobolo intercessionem im-  
plorauere. ut matre ab executione pcepti seuerioris. ad molliora inflecteret ;  
Ille si bigratia parare cupiens. non detrectauit ; Mulier aegre licet orantiam  
filio cessit. ut conuitu honorum quos gesserant qui in huiusmodi inuidiam  
arcesebantur. supra emē necis sententia mitigaretur. atq; eos tantū quos ob-  
noxios suspectare patrandi flagitii incentores fuisse. urbe egressu uerberet ;  
Qui accepta uitae securitate. pagros dilapsi ;  
Eodē tempore causa accidit. ut damascū iudētus dirigeretur. qm ptolomeus  
frequentib; incursionib; incolae memoratae urbis terebat ; Cuius negotii necessi-  
tas. occupauit de exercitu alexandriae ualidam manum. Cleopatram quoq; tigrā-  
nes qui armoenis imperitabat. in urbe cui nomen tholomais obsidione clau-  
serat. quem munerib; alexandria mulcebat. ut a se auerteretur. quem lucullus  
facta irruptione in terras armenorum redire in fecas rebus coegit. Consul aus-  
ducentē suatuzari. quam aliena adiungere ;

Cleopatra an  
grana armen  
orum principe  
clauso obsidi  
one



Tantis itaq. intenta negotiis alexandria in morbum incidit; quam occasione rapuit aristobolus ad suas artes. Et congregata manu conspirantibus secum quos feruor naturae ad praerupta quaeq. audendum cupienti adiunxerat. thesaurus occupat. eorumq. copis inuitat admilitiam uoluntarios. ac p̄tio componit. ut in omnia quae uellat fide praestarent. atque in fulas regni induit;

Turbatus animi hircanus. matrem lacrimis conueniebat; at illa spirans ferocia filios & uxorem aristoboli in castrum rediit. cui nomen primobaris. post ea antonia appellatum. De quo supra memorauimus; Coep̄ta alexandriae. celerius abitu desituuntur; In hereditate omnem hircanus successit. qui ueniente adhuc matre dignitatem induerat sacerdoti; aristobolus uirtute & sapientia praestabat; res usq. ad contemtionem atq. in congressione deducta;

ubi consortum pleriq. relicto hircano illum alterum bello meliorem secutus; Hircanus comitantibus secum qui bello reliqui fuerant. confugit in antoniam. Reptisq. filius & uxor aristoboli. p̄ obides salutem inuenit. quia nequid asperum in suos fieret aristobolus pacto consuluit; Conuentum fratrum huiusmodi fuit. ut regno hircanus cederet. atq. ad aristobolum ius omne imperii transferret. Nec tamen hircanum in honorum relinqueret. sed regni exortem honore alio fungi sineret quem ipse imperauisset; Transactio huiusmodi. etiam religionem templi sacrata ad sensum utriusq. tenuit uoluntariam; Inde cum gratia discessum; ac se inuicem salutantes. aristobolus in aula regia se ferere cepit. Hircanus aequanimiter in domum aristoboli concessit.

Sed fuere. quos metus ac rerum mutatio incesseret. qui se studuisse aduersus aristobolum recordarentur. & praeter ceteris antipater. Iherax idumeus genere maioribus apud suos clarus. p̄ tenuis pecuniae. & ideo praeeualide potentiae. arte mira factus. ad contempnendam pecuniam propter conciliandam gratiam; qui hircanum consilium suum p̄ territum. quod nullam salutis suae spem uitam

In nomine castris  
antonia hircanus  
postea antonia  
uocatus  
In hereditate  
regni alexandriae  
matris hircani  
successit

Conuentum fratrum  
de regno hircani  
cedit & aristobolum  
ius imperii transit.

Comento antipater  
idumeus a regno  
regis auxilio  
reducendum ad  
regnum hircanum  
fuisse actum



habere & qui imperio decessisset. nisi trans fugium sibi consuleret. ubi ad suas ar-  
tes inclinavit. insinuat arethae regi. fouendum auxilio uirum qui circumuentus  
foret ut regno caederet. De quorum hoc fore regi. si arbiter fieret imperii res-  
tituendi. multo que pulchrius. sicutum scripto cui primitiua regni compete-  
rent dolo sublata reformari uerberet. Illum uerisutum & callidum & ideo suspectum  
uicinis. hunc mitem & quietum qui pro summo beneficio acciperet quicquid si-  
bi ab externo tribueretur. cui fratrem & iam regnandi uis admississet. Praeparatam  
itaque regis arethae gratiam hircano annuntians. fugiendi spem detulit. & uiam  
demonstrauit. ut secum peteret petram in finibus arabie sitam. quo in loco re-  
ge adirent; Qui praecipue antipatris domusque inflexus. plurimam bellatorum manum  
hircano adiunxit. ut regno restitueretur;

Erant fere pedum equitumque quinquaginta milia. a quibus prima pulsus con-  
gressione aristobolus. hierosolimam confugit. Ibi quoque intutus aduersus tan-  
tam hostium multitudinem. quae clausum expugnauisset. pisaecurus ductor ro-  
mani exercitus alterius belli occasione quod aduersus tigranem gerebatur sol-  
uisset. obsidionem. missus apompeio. cui recepta metridatis ultio grauis. bellique  
in socerum transferendi propositum exarsit; Quae causa siriam infestari pisaecurum  
praecipere. cum ipse tigranem atque armeniam urgeret. Scaurus itaque aduenien-  
ti damascum. quam metellus & lollius funditus euerterant. occurrere fratrum  
legati sibi quibusque romanae operis auxilium implorantibus. Et quibus inferiori  
oribus etiam iuribus aristobolus. praeponderauit tamen pecuniae oblatione.  
Uenditur summa praedialis certaminis talenta trecentis. & iustitia postulata  
praetio pensatur; Quae pecunia sibi annumerata. denuntiat scaurus hircano  
regique arabiae discedere ab obsidione. Aut si permanerent. scirent sibi aduer-  
sum pompeium & romanos bello certandum; Et terrore obsidio soluta. Are-  
thas filadelfiam petit. Scaurus damascum reuertit. Aristobolus autem uix du-

+ patria

+  
Aristobolus ma-  
nu collegisse  
post dudum



dum idoneus propulsando periculo manum collegit. hoste insequitur. Et ad pa-  
rronem aduocalum loco. sexmilia hostium simul & fratrem antipatris fallione  
proedio fudit.

Pompey m d d

Hircani atque antipatri spes lapsae. quib. fiducia omnis in arabiae uiribus  
erat. Sed ubi magnus pompeius ab ierisria coepit & damascum aduenit. a romanis  
quorum auxilium infracta de manibus uictoriam amisere. opem postulant. pompe-  
iumque ad eum tamquam iusti arbitrum. & minime auarum pecuniae. Alloga-  
tionibus itaque non muneribus. ut ante nunc coepere. quoniam integer animus. aduer-  
sus corruptelam pecuniae laqueis auaritiae non capiebatur. & gratuito odisse  
poterat fraterno insidiatum honori. Et ideo hircum ad orsi quaerelis. quibus &  
aristobolo inuidia fieret. quod indignus aliena inuasit. & hircano gratia con-  
ciliaretur. Cui uel merito uitae uel aetatis suffragio regnandi ius competere.  
Adscipulante praesertim matris auctoritate. quae & iudicium eligendi habuit.  
& ius conferendi.

In auxilium ad  
pompeium ad de-  
fendendum hirc-  
num

§

Nec aristobolus diu affuit. quamuis nihil in magni pectore quod suis artibus con-  
duceret inueneretur. praesumebat tamen de scauri redemptione. seseque eius iac-  
tabat societate. Uenit itaque regio ornata praeditus. & prope maiore quam  
solebat stipatus ambitu. Ut quidem iustitia diffideret. ad quiescendum praecudicium  
excluderet. spem obediendi negaret. Sed diutius tolerare romanis consulis sub-  
limitate nequiuit. cui moris erat regni ex ortu regibus imperitare. Itaque ubi  
ad urbem uentum est cui nomen dio polis. alio concessit. romane dignitatis sup-  
cilium dedignatus regni amore. Qua secessione aristoboli non mediocriis dat  
offensionis locus. usque adeo commoto consule. ut statim arma romana in uide-  
am conuerterentur. coniunctis & iam syriae plerisque auxiliariis. quae ubi com-  
perit aristobolus ad urbem serthopolim. atque inde coreas ad propinquare. un-  
de erat iudaeae exordium possessionis. confugit in alexandriam castrum munitum.

§



admodum. & in monte altissimo situm; Quo cognito. iuba eum pompeius descen-  
dere; At ille tanquam terili praecepto oboedire indecorum existimans. periculum poti-  
us subeundum quam opterandum imperio. animi inmodicus arbitrabatur; Sed re-  
fert a populis romana castra desuper spectans. simul a suis monitus. non lacessendos in-  
quorum in nomen ac potestatem totus prope orbis terrarum concesserat. descendit.  
Pluribusque usus quibus regnum sibi iurae delatum adstruere contenderat. uel generis  
debitum necessitudine. uel exercitus iudicio qui secutus sit ualidiorē. deserue-  
rit ignauum. uel euentu proclui. uel pacti conuentione. ad munitiones reuertit;  
Rursus cum hyrcanus consulem adisset. uocatus ad iudicium aristobolus sese re-  
presentauit. Sed cum adhuc conperendinari cognitionem uideret. in castellum  
regressus est; in eius enim inter spem & timorem. putabat quod imperis eius oboe-  
diendo ad suam gratiam pompeium inflecteret. Sed ne iterum ui adigeretur im-  
perio cedere. in alexandrium sese recipiebat; Nec praeterit magnum regis uersu-  
tia. Iuba eum decedere munitionibus. idque facturum datis ad singulos custodes  
munitionum litteris. sese adstringere; Iussis quidem paruit. quae non audebat  
refellere. Protinus tamen hierosolimitanis moenibus se abdidit. & bellum aduer-  
sum romanos parare coepit; Pompeius quoque fugientem insequi. clausum urge-  
re. neque parandis belli usibus. tempus ullum dare direxit magni intentione demit-  
tridate nuntius. quod morte bellum finisset; Urbis hiericho in finitimus  
pompeium tenebat. cum rei memoratae indicia uenere; Locus prope urbem.  
in quo balsamum gignitur. uirgulasque in nascitur. quae acutis lapidibus incidit  
pueri agricolarum. proque eas incisiones. distillat humor lacrimis pulcherris  
rorantibus; Inde uir militiae suetus. compositis ordinibus ad uesperica stramo-  
uit. & primo diluculo hierosolimitanis moenibus adstitit. atque in pulsus arma-  
tas acies infudit; Obstupe factus aristobolus. dispositionis speciae. uirorum  
robore. militum alacritate. sponte occurrit. ueniam praecatur. pecuniam



urbem. seque offerens. Uerbisque mollibus suppliciter inflexis. mitigauerat indignationem consulis; Sed irrita praecatione. quia effectus deerat promissionis. Non solū negatis pecuniis. sed etiam urbe excluso gabino qui oblata petitiu uenerat. bellum incubuit;

**N**amque magnus adhibitis custodibus aristobolo. urbis moenia speculari coepit. atque explorare diligentius quibus in locis temptari & inruptionem. Sed cum & ualida murorum circumspectari & quod expugnari nequirent. & templum in urbe haud inferioribus circumdatū munitioibus. ut geminū eēt ingressis periculum. & ad defensoribus templi. & ab his qui murorum propugnacula tuerentur. hesit animi dubio sententiaeque incerto p̄ aliquantū temporis; Cum subito intra urbem seditio orta. uolentibus hircanis sociis urbem recipere pompeium. renitentibus aristoboli propugnatoribus. illi portas aperire magno. isti obserare bellūque inferre. neque gemerent; Sed pluribus quos terror potentiae romanae auxerat cessere inferiores. atque in templū sese recepere. soluto ponte qui transitu quo urbem ac templum mediū coniunxerat;

**R**eccepta itaque in urbem est exercitus romanus. & suis manibus iudaea peruertere portas. non multo post urbis ac templi expugnatoribus futuris. completūque est illud dauiticum; Quasi uenerunt gentes in hereditate tuā. polluerunt templum sanctum tuum; Sponte itaque tradidere regalia sua cessere aulicis; Pisoni claro inter suos uiro & militiae stipendius exercitatio id negotium commissum. ut manu ualida aulam regiam. caeteraque urbis tuenda existimaret; quod ab eo sollicitate curatum. quasi ad ea defendenda potius quam occupanda romanum imperium ducatur; Ad templi autem inruptionem quā pertinaciter resistebatur iudaeos magnus parauit socios iudaeos & hircanos. ut si fieri possit aliena romana ministeria non profanarent. simul ut suis manibus iudaei fossas repleant impio ministerio & turpi obsequio; seruiuerunt manus eorum in cophino.



*A t t e n d e n u s q u a  
r e m i s s a o f f i c i a  
s a c e r d o t u i i n i p s o  
b e l l i p e n e t u*

mentes in sacrilegio; sed nihil proficiebat congestio. cum reniterentur emuris  
aristoboli fautores. & desuper adferrent impedimentum. Irritaque pompeio fu-  
issent exordia nisi incurrentibus sacris religionis diebus quibus ab omni uacare ope-  
re iudaeos uetus observatio foret. immineret suos aggerendis terrarum tumulis  
imperauisset. Sola enim conferenda <sup>manus</sup> <sup>ne</sup> eminens usurpatio in consuetudinem uer-  
sa. & iam sabbato sic amentum inferat proelium & salutis extremum petat pericu-  
lum. decernendum sibi ferro iudaei existimant. reliqua certamina religioni  
ducunt; iam uallum excreuerat. iam machinae ad motas repugnabant rogi mu-  
rorum altitudine ferociore. nec intermixti proelii propiore magni acces-  
su indinabantur. Stupebat pompeius ac res uirorum animos. miri decorem  
ac magnitudinem. & nusquam remissa officia sacerdotum; In medio belli furo-  
re. tamquam profunda pax esset. nihil deerat sacrificiorum solempnitati; Inter  
bellatorum iacula. mortes caesorum fundebatur sanguis hostiarum. uicti-  
ma altaribus inponebatur. antea ramposita feriebantur; Tertius iam mensis an-  
cepse adhuc certamen tenebat; Primus scylla. ortus cornelio faustus & duocentu-  
riones. quorum uni nomen furio alteri fabius erat. deiecit a turri murorum tem-  
plum intrupere. singulis sequentibus sese ceteruis. Et circumdantes undique tem-  
pli interiora. quoscuq; reppererant gladius transuerberabant; Caedebantur fugi-  
entes. repugnantes alii obruncabantur; Nullus parcendi modus. nec tam enea  
saecuitia bellantium. obsequia uacuum impedita; nudatis gladius imminebat  
hostis. illi tamen sine ulla perturbatione soluti uicem muneris exequiebantur;  
Nullum intermissum est officii genus. quicquid ad purificationis solempni-  
tatem. quicquid ad cultus sacri obseruantiam spectare poterat impletum est;  
Tanta erat cura ministerii. Atque utinam. proueritate deuotionis & fidei fuis-  
set; maiora quoque a suis orta pericula. quam sibi ab hebraeis inuicem infere-  
bantur. Atque intus pugna uehementior. & a seditionis propius & anceps periculum;



A fronte externus hostis. a tergo lateribusque domesticus urgebat. Itaque condu-  
 si undique. alii se praecipitabant. alii patrie incendii exurebantur. Sacerdotes  
 tamen usque ad ultimum in suo munere perseverabant. hortantes se inuicem ne  
 in posterioribus ponerent officium religionis quam salutis praesidium. Recte  
 secum agi. si pietati impenderent quod deberetur necessitati. pulcherrimumque  
 si in patrie sinu sepeliri liceret. Quidam tamen iuuare & euadere & supersistere inuere re-  
 ligioni. praedarum potius opus muneri pio commori. quod si quis periculi me-  
 tu deserat sacrilegium est. Si quis impleat sacrificium & pie passionis uictoria,  
 Infulati itaque sacerdotes inter suas hostias immolabantur. & amicti sacerdotali-  
 bus stolis inter cadauera caesorum humiacebant. Fusis illi iudaeorum duodeci-  
 milia. romanorum pauci extincti. plures uulnerati sunt. nihil tamen graui-  
 us in illa miseria ingemuerunt iudaei. quam quod illa abscondita ante. scifi-  
 cationum mysteria. reuocata gentibus. ac manifestata sunt. Denique pompeius  
 curarum istiusmodi declinans superflua. dum triumpho potitus ambusta obire &  
 sequentibus suis plurimis. uidit tabernaculum secundum quod soli principis sa-  
 cerdotum solempni accessu patebat. atque intus se pexit lucernam & mensam.  
 & cetera materia. & tabulas testamenti. superque eas cherubim. multitudinem  
 aromaticum dispersam. & sacrae pecuniae talenta duomilia. In quibus cum plu-  
 rimum auri esset. integer tamen ab omni cupiditate. uel ipsa uel si qua sacrorum  
 uasorum inuenta sunt. intacta seruari praecipit. Et sequenti post excidium die  
 neocoris iussit mundari templum interiora. & celebrare ad sua sacrificia. Hyrcanus  
 quoque principatum sacerdotum dedit. prompta eius opera usus in obsidionis  
 necessitate. Nam & si infidus suis. romanis tamen fidelis. ut sua patria expug-  
 naretur. Sed puto neminem possedici fidelem. qui suis fuerit infidus. non pro  
 functoriae. itaque uel in ipso proelio iuuit hostes suorum. uel quod extra mu-  
 ram populi multitudinem admittente aristobolo retraxit ab eius societate.



A domnia tamen quib; uel praeueniendi aristoboli deducendique eius auctoritate. uel conficiendo caeleriter bello pompeius egregius imperator fuit. praedarum hoc addidit. ut in uictoria modum teneret; Denique benignitate sibi magis quam terrore quos uicerat ad sociauit. auctores tantummodo belli securi percussit. Tributum quoque uictis imposuit. statuit ducem. iudaeae fines determinauit; Suis ergo finibus. circumscripta iudaeae est; Reformauit & iam gadaram quam iudaei euerterant. rogatus ad metrio qui patriae suae huiusmodi gratiam a patrone poposcerat. ut in hac causa & in pluribus apud magnum supra libertorum modum usque ad inuidiam excellens;

**A**ristobolum autem cum filius & socero eius. captiuos statuit secum romam deducere; Sed unus ex sobole regia itinere lapsus custodiae. domum reuertit. Et nomen alexandro. aetas fratre prouocior. & sorores duae; Antagonus itaque aetate iunior cum feminei sexus germanitate ad urbem deducit; pompeiusque erlicia & inderomam petiuit;

*Octauus Herodis*

**A**t in syria scaurus cui ducis officio praerant receptas urbibus quasi iudaei inuasent in mediterraneis. serthopoli. ippone. pella. samaria. iamma. maresa. Aloto. arechusa. maritimis quoque. gaiza. ioppe. dora. & ea quae stratonis turris olim uocabatur. postea autem caesaria nuncupata sub imperio herodis. qui & ornatum addidit & nomen mutauit. aduersum arabas bellum moliebatur. iudaeam inter euphraten & aegyptum. syriam quoque suis reformatam finibus iudicio. coercens. praedandique cupidine. quod potius reor. an pferendum per uigratia summam regni arabiae. petram inuadere uolens. difficultate quidem locorum impeditus. intrupere nequiuit. Plurata tamen. uel propinqua urbi uel longe posita deuasit; Quibus in locis exercitum eius morantem fames incesserat. ac poenae incidisset. facinus miserabile. nisi per antipatrum laborantibus romanis hircanus alimomam ministrauisset. idemque de consilio scauri



archammonuiss& solvere bellum. Pecunia demique trecentis talentis arabis  
hoste sequevit. scaurum redemit; hoc regressio eius praedium fuit;

Quaeres fidem hircano cum romanis firmaverat societate. & profundae pa  
cis securitate fouebat. quod in locis hostilib; exercitu romano opera eius  
ex indigentia graui frumenta satietas facta. auxiliumq; praesto fuit;  
Sed ubi alexander eumculis magni elapsus. primum occulte & pauli quantum  
temporis manum idoneam sibi congregans. deinde pala percursare. Coe  
piti iudaea. exagitari hircanus. & reb; suis diffidere. romanos cura urge  
re ne bellum glisceret. qm& iam murum reparare hierosolimis constitueret.  
quem magnus destruxerat. Ac prope adgressus fuerat opus. nisi gaunius  
qui scauro successit curatis serenue caeteris. quibus terrore sui nominis spar  
serat. occurrendum alexandri temperamentis aestimauit se;

Nec alexander refugiendum arbitratus. sed de cetero proelio ausus. cum decem  
milib; peditum mille & quingentis equitib; & iam castella reparauit. alexan  
driam. hircanum. macherontem receptaculo sibi si res poposisset futura  
uel hostib; impedimento. qm& arabia non satis fida romanis proxima erat;  
Gaunius quo citius occurreret. marcum antonium cum parte exercitus praemi  
sit. ut iter hostium impediretur. donec ipse cum toto agmine adueniret;

Antipater cum electis adueniens. & malicchus. & pitholaus diuersi iudaeorum  
subnixi ceteris. cum antonio vires iunxere; Quos sub confertos alexander uidit  
nam iam & gabinius aderat. flexit consilium. ut retro sum cederet; Sed cum iam  
non longe esset ab hierosolimis. coactus manum conserere. uictus au fugit. nec a  
tis ferme tribus milib; suorum. caeteris captis aut dilapsis. uix alexandro  
paucis sup fuere. ad fugę potius societatem. quam ad rebellandi audaciam;  
Denique pacem a gaunio petens. & iam castella ne quid suspectum haberent  
romanis tradidit; Eo bello aegregie antoni uirtus emicuit. quāuis ubique

Gabinus praeco



Diuisio iude

praedarū documentum suae dederit fortitudinis;  
Cabinus in quinque conuentus iudaeam diuisit. ut potestatem minueret & ex  
qua oriebatur potior rerum insolentia; hircano pro mansuetudine inge  
nietus sacerdoti honor mansit; totius autem conuentus regni eius. non uni  
sed in commune hierosolimitanus a gauinio cura impeta; Itaque caeteri conuen  
tus similimodo ad tributa p̄ gadoram & amathunten & huericho sefforitanosq;  
urbes scilicet potiores diuisi. quo & singulorum potentiae nihil relinqueret.  
& functio regionum non uacillaret & quaepublica expectaret sollicitudinem;  
Quod & a romanis ad releuandum rebellionis metū. & iudaeis ad deponendam  
inuidiā cum gratia susceptum. qm̄ non sub rege sed sub obtinacibus degeret hebre  
orum genus ad reipublicae romane similitudinem! In qua non unus imperita  
ret. sed p̄ uices optami quique quibus sortito magistratus cesserat. administra  
bant regni quidem exortes. sed regum arbitri;

Consultum prouide aduersus inquietudinem gentis aestimabatur; Sed aris  
toboli fuga reditusque in iudaeam plurimum turbarum excitauerat. plerisq;  
refluentibus ad eum quos amicitiae ueteris gratia sollicitauerat. aut res ulti  
mae. quib; remedium ex discordia publica querebatur. una summis miscere  
cupientibus. atque aliae spes lapsae forent. Regressus igitur. munitiones ae  
dificare alexandrium reparare coeperat; Quo comperto. gauinius sisinnio  
& antonio seruilioque cum parte exercitus directis. coeptum opus inpediuit;  
desertis enim munitionibus aristobolus se bello parauit. Et quia maiore numero  
quam usū agmen traheret. de onerauit in hermis populi multitudine. & sola oc  
tomilia armatorum coegit. Ad iuncto quoque pitholao. qui uoluntarius ex he  
rosolimis cum uiris mille aduenerat;

Deinde orto proelio imminebant enim romani eius ceruicibus. aliquam diu  
quidem strenue pugnatum. tamen praecualuit uirtus romana; caesa iudaeoru



quinque milia. Aristobolus cum mille uiris inrupte aciem. & in caesielli macheruntis  
munimenta sese recepit. duo milia alia dilapsa.

**A**dorsitamen castellum romani. per biduum fermedilat. qm deultimo periculo  
aristobolus totis uiribus decernebat. sed nequaquam diutius sustentari potuit. cap  
tus cum filio antigono quem pariter fugiens de uinculis secum abduxerat; ad ga  
uinium missi. & ab eo roma directi sunt. Senatus aristobolo in custodia detruso.  
filio eius ad brithiniam dimisit. Quod gauinium ferunt eptis insinuasse. id a  
ristoboli coniugi promissum. remunerande sedulitate eius gratia. obtrahit  
sibi munitiones.

**H**is in iudaea gestis. gabinius audendum aliquid ratus. in parthos expeditionem pa  
rauit. sed suspecta partium ptholomei regis reuocauerunt profectum; Nam abeu  
phrahe in aegyptum gabinius iter conuertit. usus necessarius ad omnia ministeri  
is antipatri & hircani. Sed hircani partipatrum. qui pecunia frumento. ar  
mis. auxiliis quoque. exercitum uiuare; ac maxime congressiones circa pelusium  
nisi gnaris locorum & totius belli generis iudaeis omnia procurantib; gauinū  
facile deterruissent;

**S**ed rursum morante exercitu. alexander aristoboli in syriam sese alteram uelut in  
uacuum prouinciam immergere moliebatur. nisi rumorib; exitus gauinii reditu  
matura uisisset. praemissosq; antipatro reuocasset plurimos iudaeorum ab alexan  
dri societate. Quorum multitudine fretus. parabat omnes quos in regione offen  
derat romanos exiit odare; Denique dilapsis licet iudaeorum plerisque parti  
patri conuentionem. audaciam tamen non deposuerat. Proeliumque ad orsus  
in triginta milibus uirorum circa itabyrium montem fuit. cum decem milibus  
aufugit. reliquorum dispersione. bellum confectum;

**G**abinus compositis ad arbitrium antipatri. & s' h' ierosolymitanis negotiis.  
inde profectus. iudaeos proelio subegit. Mechir & dateq; & tigranen fugien



Crassus p[ro]f[er]

Cassius p[ro]f[er]

t a[gr]ypis

res de p[ro]p[ri]e occulte misit. palam tamen militib[us] intinavit fugalapsos. Successit gaunio crassus. & profecturus ad parthrum bellum. omne quod erat hierosolimis in templo aurum abstulit. & praeter ea duomilia talenta detraxi iussit. quae pompeius in aedibus reliquerat; nec longum laetatus. Ubi transiit eufratenem exercitum amisit. & ipse extinctus est;

Et successu parthi elatiore. transendum in s[er]iam crediderunt; quos strenue insidus excoepit cassius. & commissae sibi prouintiae finibus reppulit. non sine graui detrimento hostium. cum effusae uenientes quoneminem sibi obsistere ausurum arbitrarentur. locis praeventos angustioribus occupauit; denique fusis suorum pluribus. bellum deseruere; Cassius repulso hoste securus prouintiae in iudaeam irruit. & aricheus deletis. triginta milia iudaeorum in seruitute uendit. nicholaum quoque suspectum doli quo parcesaristoboli fulcra & iugulari iussit; neque ex pers consilueius antipater fuit. ut aemulum potentiae quam maxime excluderet; Is cognouit uxorem cui nomen cypris splendidissimo inter arabiae feminas loco orta. atque ex ea suscepit liberos quattuor sexus uirilis. & unam feminam, uiris. huiusmodi uocabula; primus phaselus. sequens herodes uocati. tertius ioseppus. quartus feroras. & salome filia; Ea quoque causa uire egregie factus ad merenda munera. atque amicitiae societate potentium. gratiam praeteris sibi regis arabum conciliauerat. qui ad locis arabiae uxoris acceptae praetendebat necessitudinem; denique aduersus aristobolum decernere proelium parans. filios suos praedicto arabum regi quasimutuae caritatis pignora direxit; quos ille quasidepositum inuiolabile susceptos. eo cultu quo liberos domi habuit. & post ea repetitos patri reddidit;

Sed cum aristobolus bello superatus in uinculis haberetur. alexander filius eius cum secundum conuentiones pacis quibus eum cassius ad euphraten re-



De julio caesare

dicurus de iunxerat proelio uacare & confinia p̄sidis haud ullo suspecta partho-  
rum transitu in festarentur. & blandis tranquillitatis species orientis in parti-  
bus humanas leuar & sollicitudines. <sup>Julius</sup> caesar e transalpinis regionib; gallia  
rum italiae sese infundens. pompeium senacūq; ultra ionium mare expulit;  
Italia exclusus emathiam magnus petit. eo quae diuersis ex locis romanae us-  
sit agmina sequi. quod ibi bellū parare; quib; intentus gerendis. aristobolū  
romae uinctum reliquerat; eum caesar quinter urbē romā atq; pom-  
peium medius erat. qm̄ deflaminia in appamiam compendiaris tramita-  
bus magnum sequebatur. ut uel ipsum exciperet. uel interuiperet eius  
exercitum. uinctis leuata. tribus & iam militarib; innumeris in s̄riā direx-  
it iudaei sibi adiungeret. pompeiumque ac ergo urgueret; Sed in exordio  
temptamentorū ubi ad locū puenit. ueneno interemptus. in p̄fectum nego-  
tium reliquit; Opinio mortis eius pompeii fautorib; adscribatur;  
Julius autē sunt dispositiones caesaris & defecit aristobolici cupiditates. noua qua-  
dā mutationum uarietate. ut tutior fuerit exul inter hostes in uinculis capti-  
uus. quam inter suos ciues dñs in cubiculo. rex in conuiuio;  
Quo comperto pompeius quod aristobolus in iudaea recidua sibi bella repa-  
rare temptauerat. & iam filium eius alexandrum iugulari iussit. suspectum  
nimis p̄ partes caesarianas. Serpiō <sup>ma</sup> gnimandatis boediens. pro tribunali statu-  
it reum. ut species iudicii praetenderetur. Accusatorib; quoq; adhibitis. atque  
in eum qui romana nam rem publicā armis inquietasset & sententia prolata. ut p̄  
iuris potius auctoritate quam p̄ executione praeccepti. more ducis hostium  
conuictus rebellionis. securi percussus aestimaretur.  
Cognita utriusque necē ptolomeus qui susceperat aristoboli germanos &  
uxorem alexandri phylippionā. filium suum in urbem ascalonā direxit.  
memoratos accersiturum; Ille adueniens. suscepit antigonum atq; eius sorores.



ut ad patrem deduceret; Usus & consuetudine amoris igniculus obrepit adulescenti. ignoscendo profecto siscirent tyranni ignoscere. atque alteram de sororibus accepit sibi in coniugii societatem; Pontulit hoc ptolomeus pater. sed docaso filio nulum propriam sibi unxit; Morum egregius censor. qui in exorata dampnare & in filio coniunctionem. ut ipse se patricidio & incestu contaminaret; Pompeio interfecto. Quidum arma caesaris fugit. spadoniae aegypto caput suum amputandum praebuit; Conuersae res; praebuit tamen ea pacentia caput. quae tantorum populorum aliquotiens uictorem decebat. ut in illa uicti sorte exulisque conditione. despiciens humanarum ludibrium. uarietatem gladio ceruicem offerret. ab eo cui regnum dederat pro gratia mortem recepturus.

Posthuius necem mutatio facta. plerisque ex familiaribus magnam uicium caesaris expectantibus. praecipueque antipatro. incredibilem in modum praedicto ad omnes quorum adfectat & amicitiam; Omnibus enim necessariae opes. & maxime in priorum apparatibus. ubi ex inimicis atque aduersariis saepe numero cariores efficiuntur;

Et enim quia ptolomeus aegypto rex fidei laeserat. ab ipso caesare bellis grauissimis praemebatur; Pergamenus mithridates cum omnium manu quam secum deduxerat pelusiaca repulsus obstaculis in urbe ascalone resederat. desperatoque transitu & conatu irrito. nec iam se committere bello audebat locis iniquioribus. & impar uiribus; Cui antipater arabas primo in auxilium adsciuit. deinde triamilia iudaeorum ualida manu & munita armis secum perduxit. Commouit & iam syriae potentes in adiuuentum ipsius. ptolomeum qui habitabat in urbano & iamblicum. & ptolomeum alterum. Quorum freta societate. & iam alii plures ad bellum accensis sunt; quibus adiunctis uiribus fretus. mithridates pelusium accessit. Et cum transitu prohiberetur. obsidionem adorsus; quo loci antipater praeda

Mort. magni pompeii

Julius caesar



rum militiae documentum dedit; Siquide resistens oppidanis cum summabelli  
 utrinque decerneretur. primus cum suis disrupta murorum parte in qua ipse  
 proeliabatur. urbem intravit. eamque coepit;

**N**ectamen hic finis laboris adiuventaque. sed & iam introrsum exercitus p  
 geret. & circaeam quae appellatur honiae regio iudae aegypti uellent resis  
 tere quo interdudereniter. rursus antipater non solum remouit proelium.  
 sed & iam ad exercitum uiuandum quae necessaria forent usui humanitatis ab  
 ipsis qui arma contra parauerant miserarie effect; Unde memphitae quoque  
 animos a proelio reuocauerunt. & semithridatis societate uolentes dedere; Qui p  
 tergressus suspectiora cum reliquis aegyptiis conferendum ratus. liberiorib;  
 quidem locis. sed ualidiorib; uiris regionis ipsius cuius incolatus iudaeorum  
 exercitus appellabatur strenue decertauit. Adeo. ut praerupto sese periculo  
 daro. ac poene extinctus foret. nisi antipater uidentis eum in quoq; mithrida  
 teserat dextrum cornu a cohorte <sup>ab hoste</sup> urgeri. ex alia quoque parte includi flumi  
 ne. nec ullum effugium uiris inruissit. acornu sinistro. super eos qui mithri  
 datem caedente persequobantur; quos eo usq; insecutus est. donec omnis hosti  
 um populus extingueretur; Eo proelio octoginta solos antipater uiros de suis  
 amisit. supra octingentos mithridates. ita ut ipse praeter spe euaserit. atq;  
 haec uno momento clades secuta; Antipater multis uulnerib; corpore excoep  
 tis. aegregium uirtutis suae testimonium apud caesarem inuenit. mithri  
 date praesertim non solum suae absolutionis interpretate. sed & iam fortitudi  
 nis praedicatore.

**Q**uibus aegregie caesar delectatus. in honore antipatrum ut oportebat  
 inter amicos recepit; Deinde ubi ea quae in aegypto constituenda forent  
 disposuit. atq; in siriā processit. romanae eum <sup>et</sup> honorib; adfecit. athenis <sup>et</sup> id italiā  
 liam quoque contulit. caeteraq; ut probato sibi uiro gratiae suae pignora

Inco Lae



inperciuit <sup>ant</sup> hircano & antipatrum summum sacerdotum de sententia patris uolens firmavit;

**A**ntigonus quoque insidia caesari occurrit & quem uel patris deflere aeterna conuenerat: ueneno per amicos pompeii interfecit. uel supplicium germani quem scipio summa crudelitate tamquam reum securi percussit. inuidiae magis quam doloris partes exequabatur. ut hircanum & antipatrum inculcare alienis quae sibi & fratribus suis scelus erepta forent. quae se grauissimo coacerbarent. Exorrem se factum habitationis paternae. terram in qua sit natus negari sibi. tamen suas iniurias tolerabiliore uideri. multo acerbiores illas quibus tota gens populi iudeorum ab hircano & antipatro adficeretur. eosque de beno gestis in aegypto rebus iudicare gratiam. cum illud in thetridatis iuuandi munus non exersita in caesarem beniuolentia sedulitas ulla detulerit. sed ex pompeianae conscientia societatis formido exorsit. ut esset & offensionis obtentus;

**A**d uersus ea antipater non uerborum referens uicem sed rerum adsertionem. scidit uetrem & nudus indumentorum plenus uulnerum. diloriceo amictu offerens oculis circumstantium spectare iudicia uirtutis. Eninquit malivolentiae meae in caesarem testimonia defendant reum. quae tamquam lumina animi micant; haec ego cunctis tibi caesar uoluntatis internae obsides tribuo. haec ego fidei meae depono pignora & in scriptis cordis apices gero; si uis non creditur. hostes interrogentur. pro quo uulnera illa susceperim. quid in me aliud nisi fidem quam tibi deferre persequabantur. At obicitat mihi pompeii gratiam; fateor caesar me non homini sed nomini romano amicum fuisse. Idque studuisse aegregie. ut urae & l' mea officia impenderentur; militaui itaque non uni. sed omnibus; fuerit mihi carus pompeius. sed ante mihi coepit ille amicus esse. quam caesari esse & inimicus; tuus ille generus erat. & tuus ocer illius; cum esset in partibus iudeae iuu ut romanum imperatorem. non tamen ea pro illo quae pro te excoepi uulnera; Tibi unpendi uades mortis. & tuus zelorum excoepi hostilium; Quid mirum autem

ordis antigonus & antipater

ordis antipater



sic aptius uulnerum decus nescit. & fugitiuus fides quid sit ignorat. Quid autē  
perpetuus hostis obicit mihi nisi iuram amicitiam. mirū sane uidetur. quod  
accusatum quem quam romanos adicit antigonus quos bello soleat incesere.  
atque apud eos excusum se imperio quaeratur. cuius sum ac negotium non ad  
sui potentiam nec ad insigne domesticum sed ad lacessenda arma romana  
& ulciscenda patris germanique exitia desiderauerit. Ingratus salutis tri  
bunal romanum non timeat sed & iā audeat ulterius incesere. cū sciat ista re  
bellionis suae consortem poenas luisse;

**U**bi anti pater finē dicendi fecit. caesar pronuntiat dignū magis sacerdotio hrr  
canum uideri. anti patro autē detulit potestatis electionem; tum ille eundē  
arbitrum honoris & inoderatorem expetens. atque in eo qui honorem dare &  
ponens mensuram honoris. astute satis & ueracunde. decus tulit. & incrementū  
potentiae; totius enim iudeae procurator factus est; sane poposcit. ut mu  
ros iudeae qui bello diruti fuerant aedificaret. Tantūq; negotium datae fidei  
secutus exposculauit & impetrauit; Ea que ut moris erat romanis impera  
toribus arbitrio caesaris in capitolio scriptae sunt. quae insignia honoris anti  
patro conferenda caesar aestimauit & ut & suae iustitiae & meritorū uiri  
posteritatis quoque cognitioni indicia extarent;

**P**rosecutus autem caesarem anti pater. ex sirmia iudaeā flexititer. Et primo  
quem pompeius destruxerat murum. in ueterem statum reformauit; dein  
de tumultu strepsit. conueniens singulos affectu parentis. nunc molliorib;  
monitis. nunc minus. ut quae pacis essent potius quam belli sequenda arbitra  
rentur. ne ue exasperarent animum regis. qui si nullo offensus maneret. ciuem  
praestaret. si commoueretur. tyrannum exhiberet. Et similitas esse natura  
hrrcanus. cauere tamen ne eum contumelia exacerbarent. sibi quoque  
studium esse. ut in media consulere & pro consuetudine pax p̄ potestate!

St.



Sed si nouare aliquatempore uindicandi animum sibi non defuturum.  
Romanorumque amicitiam potius quam dominatione experirentur; Cui enim  
dubium foret ex amicis in arma erupturos. sic eum cui regnum ipsi firmaue-  
rant cognouissent regno exutum.

**S**imul quia lenitudine ingenii tardiore hircanum nouerat ad exequen-  
das publicorum munerum necessitates. filius <sup>duosque</sup> suis diuidenda tuenda regio-  
nis curam putauit. quod ille in partem tantae mole imperioque esset;

herodes

**F**aselus itaque senorem ex liberis. praesulem hierosolimis & ducem militiae  
constituit Herodem quoque minore natu acque admodum adulescentem. pari ho-  
nore galileae praefecit; qui ubi potestate adeptus est. natura acrior. ad  
obeunda negotia statim ingenio suo materiam inuenit; laborabat enim Syria  
ezechiaelacromis incursionibus. quibus ille praedatoriae manu princeps  
totam infestabat prouintiam. atque omnibus locis infensus aderat; quem  
corruptum iugulari iussit. multosque praedonum interemit; quod ei  
maximam uirtutis gloriam peperit. & uberem apud siros gratiam; unde  
in urbibus ac uicis canentium uocibus caelebrabatur. quasi qui pacem & quietem  
publicam. multo post tempore reformauisset.

**E**xcitabat hic sermo secundo plebis rumore. Aemulationem piam laudis fra-  
ternae. ut faselus iuniorum natu quem adaequare uirtute non poterat.  
ad aequandam mentis benignitate. ad locum in primorum locum beniuolen-  
tia praestantioribus. qui se ueritate temperarent gratia. unde maximus honor anti-  
patro quasi parenti publico deferabatur; Ipse tamen nihil de beniuolentia  
ac fide mutauit. qua obseruare hircanum solitus erat;

po

**S**ed difficile est in prosperis inuidia carere; denique primo tacitus hircan-  
us adiuuenum laudes bellicabatur. uehementius tamen eum quae praedare  
gesta in herodis operibus ferebantur exasperabant. quem ultra leges iudae



orum & priuati modū progressum uidebant. ut omnem sibi cum fratre ac patre  
 uindicare & potentiam regemque exuerent omni honore. cum nihil praeter nom  
 resedisset. quod uacuum potestatis manem speciem praeferebat. Denique inconsul  
 to eo plurimos necidatos ac sine mandatis regalibus interfectos. quos lex patrum  
 perire non sineret; Unde oportere herodem in causam uocari plerique aiebant. ut  
 rationem daret quae gratia uiolauerit legem quae in auditos uetere exitio  
 dari debere. ad surgere hircanum. uel hinc experiri. utrum regē an priua  
 tum sese herodes gerat; qui uocatus in iudicium nisi adesset. manifestum  
 fore. quod tanta eius insolentia adspirauisset.

**H**is atque huiusmodi regionum satellitum sermonibus hircanus p̄ inui  
 diam paulatim accendebatur. qui proprio rem ignauiæ pudore increpita  
 bant. quod regalium negotiorum iure discesserit. transfusa in antipatrum  
 & liberos eius potestate. quos dominos constituerit licentia sibi regnandum  
 minuta. quibus exatus. sicut ut herodem iudicio suo non de fore. purgaturū  
 quae aduersum leges usurpata obiectarentur.

**H**erodes tamen & si in iudicium seuocatum indignaretur. tamen uel patris  
 monitis. uel consilio placidiore aduentabat. praecooccupatis galileæ muniti  
 onibus. Sed tamen neq; inuidioso agmine ut bellum minari uideretur.  
 nec iterum in tuto praesidio ut salutem proderet. fulzus quoq; sexticae  
 saris erat adspirante sibi gratia; qui metuens ne quid iuueni insidiarum  
 irogaretur. praescripserat hircano mandatis. ut se moribus iudicii gra  
 uioris periculo temperandū putaret; Unde magis absolutionem iudicii  
 sexto detulit. quam uoluntati. quam uis hircanus & si simulantibus cesserat  
 ut eum in causam uocaret. uolens tamen absoluerit. qm̄ seruare herodem  
 quam p̄sequi malebat; Sed ille iuuenalico calore iniuriam dolens absoluti  
 onis. ingratus perrexit ad sextum. proposito studio ut si iterū uocaretur.



nonoboedire. Deditq; obtreccantib; insimulandi locū. quāuis hyrcanus p̄  
adsurgeret adulationē cum uideret superiore; recordatione tam iniuriae  
quaeretractando alitur. excitus herodes. congregato exercitu petebat hie-  
rosolimam. ut solueret omnem hyrcani potestatem. De poene effecerat. nisi a  
fratre infractus & patre impetuseius consenuisset. rogantib; ut insurrexisse  
satis putaret & imitatione uindictae modū poneret. Abstineret tamen ab  
imperatoris exitio. sub quo non mediocriter adsecutus fore gratia. ut tantā  
potestatem adhipisceretur. Laesum quidē uideri quod iniudiciū uoca-  
tus sit. sed rursum affectū gratia quod absolutus. Durū nimis sumuria  
psequatur. & p salute ingratus sit. Dubium deinde ancipiteq; esse bellorū  
euentum. grauem quoq; inuidiae fira nā. cum imperatori suo arma infe-  
rat. & ei qui paterno eū affectu fouerit. saepius uiuerit. nūquā laeserit.  
nisi cum malis consiliariis umbram ei excitauerit iniquitatis. quae se laesū  
arbitraretur.

**H**is & talib; fregerit iuuenalē impetum; bellumq; intestinū a iudaeis remotū.  
sed romanorum interuentionē transfusum. atque in eos uersum. Si quidem  
a caecilio basso sextus caesar dolo interemptus sit. & postea iulius caesar trien-  
nio & septem mensib; potestate functus ppetua. qui a priuati habitum sup-  
gressus fuerat in senatu graues poenas dedit. casti obruptoq; auctoribus;  
**U**nde congregatis uirib; cum ultū ire filius iulius adoptiuus patris exitiū  
adiuncto sibi antonio destinauisset. quia maximam belli partē missis aux-  
iliis herodes iuuisset aestimaretur. totius syriae eidē regendae mandata  
solllicitudo; quaeres. antipatro causa laetalis exiti fuit; Timens enim mali-  
chus antipatro potentia; quae uirtute herodis cumulabatur. corrupto uno  
de regalib; ministris antipatro uenenum parauit; Quo potato. post conuiu-  
ū statim moritur antipater. in pigro in caeteris ingenio. & maxime queren-

207  
Mort. iulii caesaris

Mort. antipatri



do scabillendoque hircanum imperio ut scirenuus;

**T**ulit grauius herodes obitum patris. commotoque exercitu. ultorem pollice-  
batur; Sed frater no consilio reuocatus. ne bello intestino iudea inter herode  
& malichum uexaretur. parato ad repugnandum. & maxime dissimulante malicho  
quod necis anticipari consensit. fors. malum genus ultionis facile raducas est.  
ut satis facione accepta. quod nulla fraude malichum antipater obisset. hirc-  
canum ac malichum herodes ad coenam uocaret. & desententia cassii qui iam suis  
id negotium mandauerat ad obeundam ultionem directis. parata centuriones pre-  
positaque romane exercitus. uenientibus hircano simul ac malicho occurrere  
in littore. atque euaginatim gladius. utrumque eorum circumsteteret. Solum  
tamen malichum multis uulneribus circumfossus ac clamatum. super primo exercitio  
trucidauerunt;

**C**onsternatus eorum terrore hircanus sensum amisit. atque omni solutus iugore mentis  
& corporis corruit. Saulis pro tamen ubi sese recepit. interrogato herode. quis prae-  
cepisset malichum occidi. ubi cognouit ex praepositis. cassii romani imperatoris  
iussu necatum. illic respondit; Cassius ergo & mihi & patriae meae salua fuit.  
qui utriusque insidiatorem peremit; Sed hoc siue praemetudixerit siue ita senserit  
hircanus. aud liquido patet. ne queno iudicio de finiri potest;

**I**nsurrexerat helycus qui fraterna necessitudine malichi mortem cupere & ulcisci.  
Sed quia heroden laceffere non audebat. fratrem ipsius faselum pulsandum arbi-  
trabatur; Quo cognito herodes. mouere se cupiens. & extenuatus est corporis infir-  
mitate; Helycus interea munitiones quasdam & praecipue masada inpositis praesidiis  
occupauerat; Sed ubi refusus herodis salua iugor. recepit omnia. ipsumque elicum  
de munitione masada herodes obsecrans dimisit; Interpellauerat eius potentiam  
antigonus arisoboli admimculante sibi ptolomeo socero; Quos herodes proe-  
lio fudit. & eiecto antigono hierosolimam uictor reuertit. magna gratia



etiam recentis triumphi & praecipue nouae coniunctionis: nam primo dosis  
et coniunx adhererat. ex qua antipatrum suscepit filium. Postea mariam  
alexandro aristoboli filio genitam secundis sibi nuptis copulauerat hircano  
proximam. atque ob ea regali praedita nobilitate: peccata inuidia euasit.  
quod regnum praeruptum ut hircano adfectauerit: praebello macedoni  
co caesar atque antonius cassium brutosque oppressere. uictoresq; alter in  
italiam regredi maturauit. alter in siriā properandum credidit. Legationi-  
bus plurimis affluentibus conuenire ad antonium iudaeorum quique potiores.  
atque in bithyniam processere. accusantes herodem fratrem eius faselum eo  
quod ipsi uolenter inuasere rerum omnium potestatem. nomen solum hircano  
ad speciem honoris dereliquissent.

**S**ed praesentia herodis praeualuit & gratia quae non mediocri pecunia sed mu-  
neribus opimis antonio sibi animum deuinxerat: Unde nescit mone quidem  
ullo praesertitus ab antonio. euacuauit inuidiam aduersum se directae legati-  
onis: Iterum centum fere iuuiudaeorum antiochiam adusque non minore  
spu accusatum profecti apud asien offendere antonium. iam totum cleopatry  
amoribus deditum atque eius libidini deseruientem. Ibiq; arguere coeperunt into-  
lerabilem fratrum potestatem: messala contra refellebat adistente hircano.  
& insolentiam gentis redarguebat. Quae factione paucorum excitata suos de-  
tractans alienos querens: hircanumque iniuriam praetextens. Cum hircanus  
quod ciuibus esset & ad commodum praecoptauisset: Cognitis itaque allegationibus  
partium. interrogauit hircanum antonius. quos aptius praesertit arbitrarer-  
tur: Cuius affectu secundum herodem ac fratrem eius conueniente. cum uolun-  
tatis suae responsa congruerent. delectatus admodum. quod erat fratrib; pater-  
nae hospitalitatis copulatus necessitudine. quando cum gaudio adueniente  
iudaeam gratissime satis antipater hospicio recepit. multisq; poluit offi-

† pparauit



cus. Herodens & faselum tetrarchas. ordinavit. totiusque iudaeae percuracione  
agere praecipit.

**H**inc quoque multiplicatus est numerus conquerentium; Nam & si alios legato-  
rum custodia receperat. alios ad fecerat contumeliae mille tamen postea legati  
ad antonium tironi urbem degentem. facta in hierosolimis seditione. pergere pre-  
cepti. uoluntati cuius non defuerunt. Et quamuis grauer esset in reclamantes  
uindictam. rursus tamen preserepere ausis. missus ab antonio tironum praeses.  
qui corripere insolentiae reos. cum tam ipse quam & iam herodes atq; hircan  
quaererent. nisi bigrauis sima supplicia patrieque perturbationes. & causas bello-  
rum signarent; ubi nihil profectum. sed in rationabili contentione misericordiam  
coepere. direxit armatos antonius. a quibus aluacesi. plerique grauer  
sauci; ab hircano tamen aut sepulturae mortui. aut medicinae qui potue-  
rant euadere gratiam adepti. geminae humanitatis occasionem dederunt.  
quae uis in ciues beniuolentia manifestaretur. Caeteri quoque qui effuge-  
rant. ita urbem exagitando exasperauerunt antonium. ut & iam in eos quos  
uinctos tenebat suprae supplicia mandaret;

**C**esserat acerbitati insolentiae. Sed decursu fere biennio infuderat sestrinae par-  
thorum exercitus. pacor rex filio. & barzafrane psarum satrape bar-  
barum agmen ducantibus. quibus stimulator accessit lisannas ptolomei filius. de-  
functo patre cui cognomen tu memeo fuit. ex utraque potestate. p memora-  
tum satrapen sollicitauit pacorum. promissis mille argenti talentis. & quin-  
gentis mulieribus; ut antigono regnum daret hircan solueret sacerdotium;  
lacorus ministro regio partem. equitatus dedit. quoniam ipse rebellio in tra-  
siam detinebatur. ut in iudaeam transiret atq; antigono regerent & studiū in uir-  
tute;

**S**ed hoc quoque parum processerat. nisi confligentibus aduersum se iudaeis  
herode ac faselo & contra antigono duclibus desententia antigoni pposita foret.



ut pacorum conciliato rem pacis reciperent; Quod fasaelus ingenui facilitate ob  
nitente herode. probatum in tempore. mox sibi periculosum expertus. cognouit natu  
ra barbaros esse infideles; Nam missus ad barzafranem quasi pacis executores. &  
cum hircano profectus. occurrit satrape. astute satis uelanti insidias specie benigni  
tatis; Denique profecturis muneribus dabat. & quem ad modum circa uenirentur  
dispositionibus suis constituebat; Prosequantur eos. custodiae magis causa. quam  
soci periculorum. Deferebantur nuntii. quod mille talentis parthi redemp  
tus foret ad exitum memoratorum; Ofellius quoque. fugam suadebat. quod  
asaramalla hircanorum ditissimo factione eis paratam cognouerat; Sed nesci qui  
dem adductus est fasaelus. relicto hircano sibi consulere. uerum ad orsus est  
satrapam grauibus contumeliis. quod praetio fidem proderet. plurisq; pecunia  
quam aequitate ducere. Amplius pro salute sese dare. quam antigonus pro gno ad  
numerare; Sed pro fide quam prodideret. prius conciliare sibi misit. & suspicio  
nem omnem depellere. aut multo post dolumpatruit; Nam eo profecto ad pacorum  
quibus id negotii dederant fasaelum & hircanum corripunt execratio  
nibus. quando aliud iam facere nequibant. ultum recipientes barbarorum  
peruaria & perfidiam prodicionis; Nec minus uini minister missus in iudaea.  
dolis praetenderat ut caperet herodem. sed illum iam dudum suspectante insidias  
barbarorum grauis ad cauendum cura exercebat. seseque in tramuntiones  
tenebat. Nec simulatis apacoro mandatis quibus de fasaeo eiusq; insolentia  
fratrem conueniret. muros egredi. & alloquiis hostium sese committendum  
putauit. Cognitoq; fratrem & hircanum teneri. nocturne dum ea suos praemi  
sit. atque ipse cum seruulis insequentibus barbaros fudit. multisq; caesis in ma  
sada sese prope rato contulit. grauiores tamen parthi exprosi iudaeos. qui  
fugientia incubuerant; Et suos quidem in tramuntiones composuit. ultus  
sese de insequentibus; Ipse autem relicta praesidiis quae matri & fratribus



iumorib; praesidio forent. in arabiam petram contendit;  
**I**nfudere se per sae hierosolimis irruentes infugientiu domos. uersa omnia in  
 rapinas. bellum tumultus. Coque iniuria pcessit ut regnum antigono tradere  
 tur. fasaelus quoq; <sup>et hircanus</sup> in potestate eius. ad subeunda quaelibitum fore & cognosigna  
 rentur. Ille autem tenere se sed uicius nequiuit. sed continuo in hircanum facto  
 impetu aures <sup>ei</sup> dentib; suis absidit. ne quando ulla rerum conuersione recursus  
 ei pateret ad sacerdotium; Summum enim sacerdotem immaculatum esse oportet  
 & nec licere <sup>mutilato</sup> p lege liquet. ut maculato corpore quisquam summofungatur  
 munere sacerdotii; fasaelus adscite sibi mortis caeleritate. contumelia praee  
 uerit. in liso capite saxis. quae forte occurrerant. dedignatus seruari ad ludi  
 bria uelut su alieno mori. qui possit uinctis licet manib; & ferronegato exitu  
 uitae inuenire; fuit tamen & iam alius de eo sermo huiusmodi. quod saucio  
 antigonus medicum adhibuerit. quo uenena uulneri taquam medicamenta  
 infunderentur; quilibet horum exitus principium habuit sps ferocioris;  
 Addidisse allegatur in ultimis suis cum exalar & spm. cognito quod herodes ui  
 ueret. & fuga paratas insidias euaserit. cum gratia sese obire. quia supstite  
 relinqueret. qui sibi ultionem referret. Herodes autem pperauit in arabiam.  
 sperans se accepturum pecuniam. quae sola barbaram indinari posse. crederet. aua  
 ritiam. ut fratris redimeret & captiuitatem. ac si arabem paternae in memorem  
 dilectionis. uel referendis munerib; tenaciorem offenderet. ac mutuuum  
 posceret. praeciue redemptionis. pro quo obpigneretur & redimendi filium. que  
 ad hos usus septennem puerum secum deduxerat; Sed praeeuentum est pie stu  
 dium germanitatis morte fasaeli. & inuacuum herodes tam sedulo fraterni  
 studia muneris exaequebatur;

**P**rius tamen quam de morte fratris cognosceret. bocchum arabiae regem a  
 lienum repperit. quem amicum credebat; Nam is fidem cum tempore muta

† immutilati.

Morffasoli



uit. & iam ad propinquantē arabiae finib; heroden uertit intrare. Composito  
quod sibi parthorum nuntius insinuatū fore. ne profugum suam in regnam  
arabiae recipiendum putaret. bellique grauis simi causam sibi gigneret. quib;  
offensus herodes. continuo retulit quae uisus commotionis dolor promiserat.  
atque inde in aegyptum conuertit. Mox tamen boechum paenitent uoluntate  
gratae. missis que per quos reuocaretur. herodes praecuerat. Cui in gre-  
sores regiones quasi inocerum habitabant. & de fratrib; interitu & de bruceanica  
ciuitate qui sub uinculis in parthienem ductus est. ueris indicis manifestatū.  
Tantumque meroris adsumptum. quantum depositum sollicitudinum. utp-  
bello fugam pararet. Denique alexandriam summo studio contendit. atque  
ibidem honore ad eopatra susceptus. quod tanti nominis uirum duce militie  
suis expetendum paratibus arbitrarētur. Unde post habitas regine petiti-  
onib; romam nauigauit. In uero spellas hiemis rarus. perturbationes que  
italiae comptas. quam quos in deopatre mobilitate grauiore omnibus  
naufragio fluctus phorrescebat. Denique in expectatis uentorū flatibus  
pfectus. circa pamphiliā periculum inuidit. sed euasit tamen. Et mutato na-  
uigio. brundisium prius. atque in deromam puenit. Ibi paterna amicitiae  
praerogatiua ad iulianum. deploratis que suis & domesticarum aerumnis  
necessitudinum. quibus in obsidione positus romam praecatum uenerat anto-  
nium flexit. Adsumpta extant rerum conuersione misericordia. qui rex  
dudum potentissimus. & qui romanae & l' saepius tulerit opem. repente ut  
naufragus. & rerum omnium egens. auxiliūque in obs. quod suis in periculo  
positus suppliciter implorēt. exilio sedem mutauerit. In quo & si antonius hos-  
pitalitatis gratia quae sibi cum patre eius anti patre fuerat propense indina-  
retur. maximeque quod dudum eam tetrarchen faciens. regno praedestina-  
tum reliquerat. Caesar tamen beniuolentia naturali effusior. & toleratam



in aegypto antipatrim<sup>+</sup> malitiam omnib; patris sui caesaris proelus & hospitale  
 conuentionem. tamquam renouatis gratiae pignorib; cariora habebat. Suspec  
 tabat tamen uer sum ingenium regis. non aequo & bono. sed negotioru suoru  
 utilitatib; praeue intentum.

**S**enatus adeundi data copia. Apud quem messala & atratino adstruentib; pa  
 ter na bene gesta. ipsius quoque herodis officia erga romanam rem publicam.  
 patrum auctoritate decretum est. utile romano imperio regnum herodis ui  
 deri. quod ad stipulante antonio bello aduersus parthos gerendo. adiungi  
 romanis nominati regis societatem conduceret. Dimisso senatu. caesar &  
 antonius atq; herodes pariter regressi<sup>de</sup> sicuria prosequentib; magistratuu  
 officis deducuntur. Primo quae die quo regnum herodi senatus consulto de  
 latum foret. antonius adornat conuiuium. regemq; inuitat. Eode fere  
 tempore ioseppus frater herodis aquae inopia fugam innocem com posuerat.  
 Sed tanta uis subito pluuiarum terram infudit. ut am s replet & ductus aquaru  
 Itaque reuocato trans fugio quod ad gentem arabum parabat. obsidens antigo  
 nicopias partim insidus. partim congressione atque apto proelio fudit.  
 Sed & ipse plerumque aduerso exitu sese in castrum recepit. Etiam herodes ex  
 italia in urbem siriae ptolemaidem in prouisus aderat. pro pereque egres  
 sus nauigio cum ingenti manu ciuium & peregrinorum antagonum petebat.  
 occurrentib; sibi uentidio & silone duab; militiae romanae. Quos antonius de  
 ducendo herodi adesse praeceperat. eos Dellius in hos usus directus ab antonio.  
 licet abhorrentes studio quod utrumque eorum antagonus praetio auerterat.  
 specie tamende proximo conuenire suaserat. Siquidem in proximis urbibus  
 obreprimendi belli partici tumultus. uentidius in morabatur. Silon autem  
 in tra iudaea positus. aperta cum antigo no societate. pecuniam conficiebat.  
**N**ectamen herodes auxilio egebat. cui praeter paucos galileoru. unuersi



adheserant; Et quia propositum erat uicem masada suosque primum eripere & obsidionem  
ioppen in medio positam pugnando coepit. aduersariorum manu referta. per ad  
ulteriora progressus. hostem ac terrore linqueret; Et quamuis iter eius antigon  
impedire cuperet. tamen facili negotio masadam recepit. suosque exemit periculo.  
Dein profectus hierosolimam. cum omnia fecisset ne pugnandi haberet necessitatem.  
adserens se prociuib; aduersus rebellionem. non aduersum suos proelium rece-  
pisse. laceratus ab antigoni fautorib; sagittis & leuorib; spiculis de muro sibi  
obstrepenatib; fugere coegit; Nec ulla fuisse uictoriae mora. nisi dux romanum  
agminis silon subornasset milites. quidem inopia quaerelam exprimerent.  
Vastataq; omnia circumuros. difficultatemq; utensilium. & angustias salimen-  
torum praetenderent. & iam tempus adesse. quo adhiberna eos concedere  
oporteret. ruptos imperium minarentur. nisi ad quietum foret.

**I**amque seditio conualuerat. nisi herodes centurionib; pariter ac militib; roma-  
nis medium se offerens. orauisset ne desererent eum quem caesar & antonius  
senatus quoque tuendum commiserant. cum praesertim nihil de futurum sibi  
polliceretur; Et completa oratione. in regionem egressus. subito rerum omnium  
habundantiam exercitus subpeditari fecit. ut nulla siloni superesset causa;  
Et inde erectis uniuersorum animis. cum duob; milib; peditum & quingentis equi-  
tib; idumeam recepit. quieto iam romanorum agmine. atq; in hibernis locato;  
Dux factus ioseppus leuoriplectus negotio. ne quid aduersus antigonum maiore  
periculo usurpandum arbitraretur;

**I**psae autem suos ex masada translatos. cum in samariam prouisis quae munimento  
& usui fore crederet. constituit & glaciali hieme. & repletis in uiculis omnibus.  
praeueniens aduentus sui nuntios sephorim prisco uocatae nomine quam  
diocaesariam postea nuncupauerunt. sine ulla ingressus proelio. reficiendis  
quos hiemalibus pruinis atque asperiora gelu itinera fatigauerant oportuna



existimauit; Eratenim illic & alimentorum multa copia. Abirefectis abo & sa-  
tua interpositione militib; aduersum latrones proelium adoriendū putauit.  
quitoram percurrentes regionem non minore quam bellica incursione locorū  
incolas adcriuere.

**I**taque primo partē quandam equitum & peditum inuicem arbela p̄misit.  
& ipse cum reliqua manu post quadraginta dies adfuit. p̄ccamen exercitus  
specie territalatrones. sed cum armis occurrendum rati. praeferebant discipli-  
nam bellicam. & latronum audaciam; Conflictu habito. cessit cornu herodis  
sinistrum; Sed cetero reparauit herodes. & adhibitis adiumentis. suos statuit. in-  
sequentes perculit. atque infregit impetus eorum. qui comminus pugnantē  
herodem patinequiuerē. Dedinantēsq; usque ad iordanensē cutus. nec tradi-  
dit. Reliqui om̄s supra flauium dispersi. ut omnium incursionum metu galilea  
absolueretur. residentib; tantummodo qui se latebris recondentes ac uelut  
infodientes speluncis uictoriam morabantur;

**E**rant autem in praerupto montium concavis saxorum latibulis inhorrentes;  
specus. inter se serapeus rapes inuicundiq; & impossibili nisi locorū incolis acces-  
su. Qui transuer saris semitis & angustis collib; quibus solis adire solerent pericu-  
lusu aduersus periculum depraehendendi tutiores forent; caecum tuis aetrorum  
recessus. Quorum in fronte petra usque ad profundas congregationes aqua-  
rum. uelut quodā continentiu iugo prominens. spem adeundi excluderet. lubri-  
co undique situ de supelio montium cadentib; aquis. & amni um cursu fragoso.  
ut p̄cipitium fluentorum ruina. & saxum imminens. chara<sup>ib; di.</sup>di. plasterroris da-  
ret; Denique aliquandiū rex incerto hesit. non repperiens quem admodū natura  
uinceret. lostea uero huiusmodi commento. usus. & in modum archarum ma-  
chinato munimē ualidissimos quosque includeret. In ipsa speleorum ora  
armatos retinaculis quibusdam deposuit; qui facile in hermes caedere. & cū

Caradit



omnib. necessitudinib. & generatione interficere coeperunt. ac si quis resistere  
auderent. eos in iuncto igne exurere.

**N**ullus pietati locus; Quin & iam uolens herodes plerosque eripere neci. ac  
que ad se confugiendi fiduciam dare auertit magis. ita ut nullus uolunta-  
rius herodi adiungeretur. & si qui ui. adigebantur. mortem praeferrerent cap-  
tiuitati; Demique unus de seniorib. cui septem filii uxorque ades sunt quorum  
saluti consulere possit. omnes eos tali occidit modo; singulos quosque progre-  
di iubens. ipse in ingressu succit. & procedentem de filius interficiebat; aspiciens  
herodes tam triste facinus ac miserabile. paterna praescriptus necessitudine.  
arcebat manu. & uerbis rogabat ut parceret & liberis. in punitate pollicens;  
At ille haudquaquam ullis inflexus uocib. atque insuper regi conuiciatus. supra fi-  
lios & uxorem peremit. Praecipit atque ex alto filiorum cadaueribus. ad ultimam  
semetipsum in profundum praecipitem dedit;

**P**erterritus his antigonus quod tam facile herodes legionum multitudinem  
locorumque superasset & difficultatem. ipsius quidem praesentiam declinauit.  
sed conuertit se ad ptolomeum quem herodes parte exercitus praefecerat. & iur-  
ad furta belli peridoneus. per eos quibus mos erat turbare galileam. in uiso  
impetu. ptolomeum iugulari coegit. Iosephum quoque fratrem herodis  
germano in alio occupato partibus. impigre repugnantem cum militibus ro-  
manis. qui in adiuuentum eius temere collecti aduenerant. deleuit; nec tan-  
to contentus triumpho. addidit & iam uictoriae grauem in defuncto contu-  
meliam. ut abscis capite relinqueretur. pro quo ferora frater perempti.  
quinquaginta talenta obtulit. pecuniam impetrauit;

**Q**ua uictoria rursus in antigonum plurimorum in tra galileam studia con-  
uersa. renouataque bellinogota; Antiochiam herodes contendit. illic  
amoeno satis loco quem dafernem uocant. requiescebat; ubi accepto germani

Mors iosephi fratris  
herodis



necis nuncio paulisper ingemens passionem merorem disculit. vindictam parauit. montulizantigonus furentem dolorem. sed intra munitiones sese recondit. Irrupte herodes ut persequeretur tandem facinoris fautores. & facile occurrentia auertit agmina. Erat multorum nec plurimae obstinuae vitae iacentium cadaueribus. uttinera ipsa peremptorum funeribus replebantur.

**P**eraccum esset proelium omnibus fugaueris. si herodes hierosolimam protin dirigendum iter aestimauisset. Abiecerat antigonus aetas. ultimum suppli-  
cium praesens. Confusionis metu. adeo ut cum asperitate hiemis reuocatus asequendo esset herodes. & armis depositis balineum esset ingressus. uno comitatus seruulo. occurrerent ei tres uiri dextris mucronibus. Deinde plures qui fugissent de proelio latibula querentes. Huius orege turbati metu. pertransire<sup>erunt</sup> atque ad exitum balineae festinauerunt. ut possent euadere. qui potuerant necem regis patrare. bellumque absoluere. Denique permo fuit. qui fugientes corripere. Unde comitatus herodes quanta hostibus formido inesset. incubuit proelio. & pappam duce ipsam aduersi agminis interfecit. atque eius abscondi caput iussit. quod ab eo frater regis iosephus interemptus fore. Antigonus interea qui fugam parauerat disculit. Quem morantem herodes circumfuso exercitu obsedit. incubuitque ex parte quae erat ante templum. Quae parte & iam pompeius urbem intraperat. Tanta autem iam uictoria regi praesumptio. ut & iam obsidione coepta ad accipiendam uxorem alexandri filiam deflecteret. yemen eius classicum mutans. & in nuptias bello intermiscens. Atque ex occasione proelii coniunctionis oportunitatem adeptus. a fetis ad bellum reuertitur. Occurrit & solius missus ab antonio in adiumentum regum. Ita coniunctis uiribus cum sub belli & disciplina militum romani praesarent. regi studio placendum interentur. Uix quin tomense facta irruptio. herodianismum ascendere ausis. Irruentibus autem romanorum centurionibus. ibi tum innume-



recoedes uastata circatemplum omnia. Alii fugientes ad templum. alii  
i congregati inira domos obruncabantur; Nulla miseratio senectutis. nul  
lla infantiae. aut muliebris infirmitatis; Obruit se antigonus. Et in memor  
loca. deiecit se ad pedes iossi; At ille quem tantarum rerum conuersio admonere de  
buit misericordiae. conuiciatus iacentem antagonem uocauit. nec tamen qua  
simuliter pepercit. sed uinctam in uisceribus diam detruisit; fluctuare herodes quo  
modo romanorum manibus eriperet patriam. quomodo templum gentilib;  
in quo inquinatum reseruaret; festinabant enim romani spectare mysce  
ria interiora. profanare sacrorum. Rex uero nunc praecce. nunc minis.  
remouere singulos. fugare deteriori arbitratu uictoria. si quid sacramen  
torum diuulgaretur; Inscire ad praedam romani. herodes resistere. ne ua  
cuam sibi urbem relinquerent. regnumque sibi superesset desertum; Sosius  
contra. captae urbis praedam militibus debere adseribat; Sed rex de proprio  
spondit militi se pecuniam daturum. atque ita relicum patriae quod re  
manserat pecuniam redemit; ut promissum impleret. humanissime milites  
suscepit. rationabiliter duces. ipsum quoque regia liberalitate sosium remu  
neratus est. nemo ingratus recessit; Sosius coronam dno obtulit. & profectus  
secum abduxit antagonem ad antonium; quem ille quasi de generis animi  
uirum. securi percussit; herodes autem plurimam pecuniam suis largitus. pluri  
ma antonio amicisque eius donauit.

Antagonem

**N**ec tamen redimere ab antonio potuit securitatem suam. Jam enim antonius  
cleopatrae amoris defederatus. in seruitutem. atque addictus eius libidini  
famulabatur; Sed uincere non poterat femineas uindictas. & maxime exer  
citare mulieris in caedibus propinquorum. quibus extinctas possessiones eorum  
quasi spolum suum iunxerat; Eadem auaritia simul & crudelitate. si quos deserta  
a locupletiores fama acciperat interficiebat. atque adducto iam ad suas



libidines antonio regnum quoque iudeae atque arabiae extinctis utriusque genti  
 imperitantibus avaritiae suae adiungi posse opinabatur; Sed quamuis libidi  
 ne acrius somno grauis in aegamem parte resipuit antonius. ut tales uiros & po  
 tentissimos reges pro imperio petulantissimae mulieris extinguere delectaret.  
 Tamen ne in munes dimitteret & amicos eorum perculit. Possessionis maximam  
 partem ademit. eamque praecipue quae balsamum gignit & urbesque omnes intra  
 eleutherum amnem sitas. tyrocamen & sidone exceptis. cleopatrae cupiditati  
 ad iudicauit.

**Q**uae tali mercede auro dilaniata <sup>delimita.</sup> usque ad euphratem proficiscentem in  
 parthos antonium. per iudaeam reuertit. Ubi donis muneribusque maximis  
 conciliare sibi <sup>regine</sup> herodes non praetermisit; Cui secundae res supbia  
 augebant. ut muliebris potentia supra modum sese extolleret; Siquidem non  
 multo post ei parthorum rex artabazes tigranis potentissimi regis filius dono  
 est datus; quem antonius captiuum tenens. cum omni praeda & spoliis praesens  
 triumphi debuit. quasi uile mancipium mulieri addidit. ut quo illustrior fu  
 erat uictoria. eo turpior esset largitio. quae regem tantoludibrio dehonestaret;  
 Nec tamen diutius potatus secundis qui uitiis nesciebat insolentia muliebri au  
 gustum in se excitauit; Itaque bellum actiacum magnis utrimque parabatur  
 motibus. Promptissime rex cum antonio gestiebat bellum subire. quia & iude  
 a ab hostili tumultu uacabat. & hircaniam a sorore antigoni diu recentem recepe  
 rat. Sed in hoc quoque herodes beatissimus. cui inuisum est periculis sese alienis  
 miscere; uolens itaque cleopatra alienare animum eius a regibus atque auertere.  
 suadet utro ut bellum aduersus arabas gereret herodes. Quos si superior foret  
 arabia reginae caederet. Si inferior. dominatus cleopatrae in iudaea extendere  
 retur. uter uicisset. alter uicem solueret; quod consilium. non ex dispositione  
 sed ex usu in herodem indinavit; qui simul ut proelium ad horum suscipere. ualidior



equitatu auertit hostem. in exitu multitudine hostium superatur. & numero circumuenitur. congregatis incanatha uiribus. aduersariorum; aduersum quos densere aciem uolens. aelatis suorum animis successu priorum. eaque causa in hostem impentibus desituitur. & maxime fraude achemonis. quem cleopatra ducem adiunxerat. non ut uiuaret herodem. sed ut in ipsa desereret & necessitate demique desitutum exercitum eius. in locis saxosis atque inuis adorsis arabes graui caede sternunt funduntque. Et fugatos usque ad regiam secuti exitio dedere. Ad fuit herodes. serius quidem quam necessitas postulabat. Sed tamen ultus aerum nam. posterioribus proeluis ita arabas adflixit. ut unam illam uictoriae suam saepius deplorarent.

**A**ccidit & iam motu terrae grauis animorum defectio. quo pecorum plurimum hominum quoque triginta ferme milia consumpta sunt. Militaris tamen omnis manus eo quod sub diuo habitabat. in colomis perseuerauit. hinc quoque erecta animi hostium. ut arbitrentur quod desertam iudaeam facilius inuaderent. & percussos talis prodigis adfligerent; Unde eos herodes ad defensionem sui erigendos putauit. & maxime quia legatos quos in arabiam miserat. necatos dolo compertum habebat; hoc igitur trepidantes. sermone adhortus est. Cum tot secundis nostrorum proeluis fractae res hostium usque ad ipsorum fuerint confessionem. qui uasano dolore perciti. quasi uictos legatos pro se peremerunt. mirum mihi uideatur. quod metus uos in rationabilis intantum perculerit. ut fortuita clementorum. notis iam uirtutum successibus praefertatis. Nulla congressio fuit quae non arabes statim cesserint. atque in fugam conuersi caedendum existimauerint. Et ut se habent furta belli. fraude atque insidus remedia captauerint. non ut ipsi uincerent. sed ut nostram augerent uictoriam; pro quibus confidere oportet. exagitatio successit quasi formidabilis belli. quia terra tremuit. cum soli innocui fuerint. qui proeli agerent.

Q. 15. Herod.





Aut si considerare uelimus quibus offerret. Arabis potius aestimabimus quos in  
 bellum relaxit. nec fugiendo subtraherent fortioribus; uide enim illos non ar-  
 mis & uiribus fretos. sed pecoris nr̄i dispendio in aciem remeuisse; fragilis autē  
 spes. quae non ex propria uirtutis fiducia. sed ex aliena p̄nda & miseria cum int̄  
 ris nihil tam mutabile. quam uel secundae res uel aduersae. Exiguus enim mo-  
 menti scatus rerum humanarum nouantur. nec prosperitas diuturna. nec  
 rumna est peritax. Itaque nec miserum esse. nec contra perpetuum est. sed  
 alternae frequenter. & in hisdem uariae uices rerum; Denique ex nobis exem-  
 plum capessere licet; Conflictus superiore potiores fuimus. sed in processu  
 proeliorum mutata. ut uinceremur ab his quos uiceramus; Ergo & nobis spera-  
 re suppetit. quod uincantur a nobis qui nos uicerant; Incauta enim semper nimia  
 praesumptio. & si uel negligens; Timor autem prospicere futuris admonet & dili-  
 gentiam docet; In prosperis audacia obrepit. & in consulta temeritas. nescit  
 contra consilium ducis expectare. Denique sententia meam progredientibus uobis.  
 athenionis nequitia nocendi locum repperit; Nunc mihi repudatio uestra  
 uadatur praerogatiua uictoriae; Erigite igitur animos. & ueterem iudaeorum  
 magnanimitate tollite. nec uos insensibilium commotiones perterritant. nec ter-  
 rarum motus alterius aerumnae indices arbitremini. Habent suam noxiam  
 passiones aelementorum. nec aliud timeatis. quam quod in ipsis offensionis est;  
 Non enim signa periculorum sunt in terra motu atque animantium lug. sed ip-  
 sa pericula; Nihil est ergo quod timeamus quasi grauius passiuri. qui ptulimus  
 grauislima; propitius iam potest esse qui iudicauit. & mitior quam si nonum  
 dicasset. Quid seruatur post terrae motum ac pestilentia. nisi misericordia.  
 quia soluimus duplicia peccata. & iam nos quod bello ualesit integrum habe-  
 mus. pestilentia enim extra bellum positos abstulit. nr̄a autem uictoria id  
 hostibus ademit. quod bello idoneum legerant. Deinde nobis pecus mortuum.



illis consilium. qui legatos quos misimus. contra ius fasque iugulandos putarunt. ;  
Praeuaricati sunt legem omnium hominum ipsorum & iam barbarorum. qm̄  
apud ipsos quoque quinesciunt humanitatem inuolabiles legati habentur. Dum  
uindicta caelestis reformidatur. & tantis sceleris ultor deus timetur. Hoc ergo  
admisserunt aduersari nri. quod ne humanae nec diuinae leges in ultum relinqt;  
**E**grediamur ergo non pro finibus aut spoliis. sed pro diuina iniuria proleuatur;  
Incit & nos ad bellum non coniugia aut prolis caritas. sed praesumpta protectio dei;  
non arbitria nra. sed diuini iuris praecepta. Exequimur sacra. ut pro his uindictam  
reposeamus. quos inuolabile esse oportet religio iuba. ; Inter arma hostilia lega-  
tio sola pacis sequestrata est. Exiit hostem. qui legatione fungitur; quorum nunc  
sanguis clamat. ad dm̄ & uindictam reposeat; festinemus igitur ad proelium.  
dum ultorem habemus dm̄ caesorum uindictam; illi pro nobis melius proeliantur.  
& circumfusi angelorum legationibus in aere praetendunt.

**T**alibus orzatus milites in hostem ruit omnem occasionem bellandi requirens.  
Erant arabes praestantiores numero. sed animis inferiores; Unde congressione  
habita ceciderunt fere eorum quinque milia. reliqui esse in munitionem reci-  
pientes a que inopia fatigabantur. ut legatione missa pacem praetio deposce-  
rent; Sed cum se protrahi uiderent & sitis amplius a quis deficientibus accendere cur.  
egredientes plerique offerebant sese hostibus uoluntarii. ferro quam sita prae-  
optantes perire. quos uinctos seruabat herodes. ne quid esset insidiarum. Itaq;  
diebus quinque quattuor milia ferme recepta sunt. alii ad bellum prodeuntibus;  
iterum ad septem milia uirorum caesa; qua plaga humiliata arabes a rege  
quantum uirtute inferiores tantum consilio praestantiores. quem aduersariū  
habebant quasi defensorem & auxiliatorem sibi ipsam expectauerunt.  
**S**ed maiore uictore sollicitudo perculit. ut quis sibi aliquid subiecerat. non  
iam de finibus. sed de toto regno periculum imminens phorresceret. uictor ante



Augustus 177

noquem fida sibi amicitia copulata<sup>uerit</sup>. Denique augustus caesar acti ac triumphator certamis. necdū superatum antonium arbitrabatur cū herodes super esset uictorie;

**A**nxius itaq; rex cum rhodum accessisset. caesarem uero indicio conperisset. nauigauit ad eum ne fama terrerentur iter eius praueueret. Adueniensq; depositodiademate sese obtulit priuato habitu. sed mente regia; deniq; nihil uertuti subtrahens. constantiam tenuit. auctoritatem reseruauit;

Oro hodie

**E**go inquit auguste fateor. me fidelem fuisse antonio socium. utpote qui ab eo regnum acceperim. si cleopatra non inuidisset. & arabes non inpedissent; ea necessitate arma aduersum te non tuli. non quasi amici desertor. aut proeli pauidus. sed quasi domirebus gerendis occupatus; Ingratum me tamen sibi non sensit antonius. cū & aduimenta exercitus. & frumenta innumera biles copias absens miserrim. Sed et tu me caesar non ingratum beneficis eius iudicauisset. si acti a cobello inter fuisset; Uide. quam nihil subtraham; plus in tuo. apud te ingratum in hostem tuum. quam in te hostis uideri; iudicium mihi tuum grauius quam bellum est. apud quem non uirtutum merita. sed crimina periclitantur; Unde & ego malo apud te de fide. quem de perfidia causas dicere; Uide caesar quam integrum antonium non deseruerim. uictum non refugit;

cui me debitorē ad h  
n abnuo. idq; armis p  
sem.

**U**icit caesar antonium legionibus tuis maximis. uicit te consiliis tuis. uicit te imperii romani uiribus; quod dereliquit & quod negauit. & uere uictus est uiribus tuis. sed magis moribus suis; Uicit eum cleopatra uxor. uicit eum aegyptus amor. uicit eum conopea luxories; Uicit est. quia maluit cum cleopatra uincere quam sine ea uincere. Uicit eum mulier. infestior suis quam aduersariis; Suaseram mortem mulieris si uell & sibi consulere. promiseram auxilia quibus repararem adflictum. promiseram uires quibus fugacem tuerer. me ipsum bellicon sortem obtulerem. Sed mentem eius. obtulerant cleopatre cupiditates; Uicit est quia audire menoluit. uictus sum & ego cū antonio

No



minore tamen flagitio. quia illum cleopatra uicit. me antonius; Ille barbaram. ego amicum non dereliqui. Cum illo posui diademam. sed ante te uenire timens. amici fidelis gratia sequestravi regna in signa. sed non abieci uirtutis conscientiam. ut uoles iudica. Ego tamen quauis sorte iudicium referam meum. quod cuius modifuerim amicus aestimebitur.

Oratio Augusti

**R**espondit ad eam caesar; salue inquit & nunc magis regno tuo utere. quia non inuidemus uirtutibus. sed delectamur; dignus enim es pluribus imperare. quis si tueris amicitiam ut & in aduersis positum non abneget. & amicum tibi confiteri non erubescas. sed ad orere. felicioribus adherere & seruare fidem in prosperis. quam in aduersis satis probasti. Uicerit te antonius. sed non ego uictum putabam. quem amicitia parem fecit uictoribus; propterea expetetis a nobis. quia nullus rebelli euentus mutauit. quando quidem non tu antonium deseruisti. sed te antonius. qui cleopatrae magis quam tibi credidit; in sapientia illi utrenobis adquisiuit. quia perniciosissimam sibi elegit. fidelem repudiavit; Nec mirum si cleopatrae antonius uictus adhereret. a qua uictor captus est; Quid miraris si ate desciscere fecit cleopatra antonium. cum a mediis sociauerit atque ex consorte imperii hostem fecerit. ergo qua & tuo bis cum repudiatus es. & ideo nobis cum regna; Ne hoc quidem beneficium uacat. Quod dum nos bellis occupamur ciuilibus. tu indomitam gentem arabum subiectam fecisti. quia iudeorum hostes pro nostris ducimus; Nobis enim arma inferunt. qui uos lacesunt; nobis ergo militasti cum tibi uinceret. & ideo te remune rabimur. ut regnum tuum confirmetur nostro munere; Interim nihil inminuisse gratia est; Ad orientem in reliquum. ut non requiras antonium; Neque enim dignum est. ut quem bello uicimus. non uicamus beniuolentia; Cum hec dixisset caesar. inposuit diademam capiteius. sed uilitatem adiungens muneri; qua indignatione caesaris inuitatus alexan

15



der ex amicis antonii iurum cui caesar maxime indignaretur uolens subducere  
offensioni. multa deplorabat praecae. Sed indignatio nimia. nullum uenire lo  
cum reliquit.

**P**roficientis inde in egyptum prosecutus caesaris iter. subpeditatis omnibus que  
urbis uel ipsi uel exercitui usui forent. maxima siue gratia imperatoris  
sibi studia conciliauit herodes. Praecipue. quia in locis aridioribus usque  
pelusium. regali prouisione aquarum affluentia subministrata. quibus  
officiis tantum sua amore infudit omnibus. ut plus uideretur meruisse  
quam accepisse. minorque regni potestas. quam humanitatis largitas  
aestimaretur;

**U**nde caesar ex sententia rebus in traegyptum gestis. antonio & cleopatra  
defunctis. non solum quae adempta erant herodi reddidit. uerum & iam  
praeter illa quae cleopatra auerterat. gadoram. ipponem. samariam  
ei concessit. maritimasque urbes gazan. thedonam. ioppen. turrem  
stratonis. simul donauit. Quadringentos quoque stipatores ex gallia  
quibus septa incedebat cleopatra ad custodiam corporis regi concessit.  
multaque alia. Sed his omnibus rex plures habebat. quia a caesare super omnia  
infra agrippam. tamendiligebatur ab agrippa infra caesarem;

**Q**uintodecimo itaque regni sui anno ut beatitudinis suae responderet  
& gratiae. tanto rerum secundarum successu leuatus ad pietatem intendit.  
Et ut gratiam caelestibus in se supermodum fluentibus beneficiis demonstra  
re. templum ornauit. Omnemque illum circa templum loci ambitum  
circumvallauit muro geminatisque spatibus. inclusit immenso aedifican  
di sumptu. & exquisito decore indico. Erant magnae circa sacrum por  
ticus. quas extruxit a fundamentis. Nec minor tuendi. quam ornandi  
intentio. Siquidem castrum aquiloni subiacens communiuit. quod



appellauit antoniam propter antoni gratiam. nullo inferius superiorum  
palatiorum; addidit etiam in ipsa arte regia domus gemina habitacula max  
imi ambitus & mirabilis pulchritudinis. Quorum gratiae. nihil conferendum  
arbitraretur. Unum eorum caesarium. alterum magrippium nuncupabatur.  
ut in suis aedibus tantorum amicorum diuturna memoria celebraretur;

**U**rbem quoque sebastenen non solum ex aedificauit. sed etiam repleuit inha  
bitantibus; ac ne singula persequar. haud ullum facile praeterit locum uetus  
tarum urbium quem non renouat & labentem. aut additis quae deesse uideban  
tur aedificis ornare. Liberalitates quoque suas usque ad quinquennalia  
diffundens certamina uile illud hominum genus effusis diuitis locupletauit;  
Templum etiam caesari de mar more albo. condidit ad fontes iordanis. Adeo in  
memor factus religionis. ut homini templum sacrare. usumque gentium in iu  
daeam inducere. Locum nomen panium est. ubi mons altitudinis excelsae. uer  
tice summo in sublime porrigitur. Cuius in latere umbrosam aperitur antrum.  
per quod graues lentas praecipiti profundum saeuam exhalat aestimam. Intus  
aquarum congregatio. & sine ulla motu multauis inerat. ut aestimatio per funde  
altitudinis non comprehenderetur. Foris autem circa ipsius antri radices. fon  
tes scaturiunt; unde hortum illic iordanis plerique aestimauere. nobis  
tamen quid ueritas habeat. in posterioribus aperiendum uideatur;

**E**rat in maritima ciuitas quae stratonis turris appellabatur. iam fessa bellis  
frequentibus & uetustate ipsa inclinata in ruinam. Opportunitate tamen & gra  
tia loci praeminens; quam renouauit lapide albo. & aulicis ornauit aedi  
ficis. atque in ea magnanimitatis suae uirtutem & elegantiam operis expressit;

**I**nter duas enim maritimas urbes duorum ioppen atque ioppen in medio sita  
utraque ex parte praestringitur in portuoso litore. ut omnes qui cum que ex  
aegypto foenicem praeter mare desiderant in salo fluctuente. quia frequenter



illic mare uentis excutatur. & maxime libi spiramine cuius & iam moderatio  
 flatu fluctus accollitur. idemque in litus procurrentibus saxis. & fracto reper  
 cussus impetu. efferum mare cadendo exasperat;

**I**taque rex nullum in pensis scituens modum. magnanimitate uicit naturam.  
 Porrumque maiorem piteo constituit. atque in eo penetrata rupium uasata  
 te stationes tuas composuit; Mensus quoque spatium quod magnitudinem  
 portus conuenit & saxa ingentia in mare iecit. quibus inesset plerisque al  
 titudo pedum quinquaginta alius & iam excelsior; distinxit ipsam  
 maximis turribus portum. quarum unam drusion uocauit. ut drusi no  
 men quidam caesaris maioribus fuit. insignibus sui operis intexeret; gradus  
 & iam breuiore. locis interposuit frequentioribus quos sine graui labore  
 nauigia subducerentur. Tribus & iam colossis ingentibus totam portus illius gra  
 tiam uenustauit; Iterum templum caesari aeditiore fundauit loco. & te  
 pli medio colossum constituit augusti nomine uelud simulacrum ipsius.  
 quod non minoris magnitudinis foret simulachro olympiouis. aut iuno  
 nis arguuae;

Colossum

**N**escias pulchritudinem intantibus difficultatibus. an ualiditate operis ac munim  
 tum intanto decore praestare amplius putes. quando quidem insolubile ma  
 neat opus. & in aeternitate;

**A**ccessit itaque in uno opere multiplex gratia. Nam & urbs maxima ad cre  
 uit prouinciae. & portus nauigantibus. & honor caesari. cuius ex nomine cae  
 saria in hoc tempus uocatur;

**H**anc regis potentiam prosperis affluentem successibus unus mulieris expe  
 ta societas indinauit. maestasque in fragit doloribus. Ex quo aduersum fas  
 que coniugum dignitate potius generis quam caritate. usum quodam regione me  
 tiendum existimauit; Habebat in consortio dosidem nomine hierosolum



tanam feminam priuato sibi antea scutum quae gra nos coesse debuerat. quos fu  
erat felix marito. cum qua regale fuerat adeptus fastigium; Uterum in memor  
graciae. proicit dosidem. sociat mariam inen aristoboli neptem. alexandri  
filiam. Itaque dum sequitur nobilitatem. p̄urbationem incidit. quasi sibi  
domus propria non conueniret. cui diuersarum prouintiarum multiplex  
populus obtemperaret;

**A**ene oculi nouae nuptiae odio nouericali domo posito eo quem dosis generaue  
rat offenderentur. eiectus non solum patris sacris. sed tota quoque urbe  
antiater. idem iuueni nomen. in faustis nuptiis locum fecit. quasi pater  
unici filii exilio concelebrabat. uixque festorum dierum solempnitatib. ar  
cesseratur;

**U**idens mulier morigerari sibi maritum. & iam pietatis conuitio in supbia  
uersa. addita est & iam causa quae uire animus eius inflammaretur. quia hrr  
canum auum suum uiris sui insidus compererat extinctum. falso suspectum  
pro regni cupiditatem. Ipse est de quo supra memorauimus. quem barza fra  
nes qui p̄sis imperitabat cum occupasset s̄iriam. captiuum abduxerat. atque  
in parthia primo retentum. postea iudaeis postulanti. qui supra eufraten  
inhabitabant miseratus. sortem inclinata per miserat. Atque utinam ut con  
cessus fuerat deprecantib. ita & iam credidisset monentib. p̄ memore ingeni  
humani propinquorum eum potentia sollicitaret. ut ad herode transitum fa  
ceret. Camilli periculo futuram. quod nullos magis regni cupido seruandi  
quam proximos exagitar. atque a propinquis cauere. Uterum ille taedio  
peregrinationis & suorum desiderio transiit euphraten. in iudaeam reuer  
tit; quod alius inpectus herodis. quam quisquam acuserat descendit. Non  
quo ille regnum defecauerit. sed quia uiro regni generis & diu exercitae  
priuilegio potestatis. incertum an ab eo abstinere se possit aestimabatur;



Laqueus igitur mortis hircano coniugium nepas fuit. cuius gratia prope-  
rauit ad herode. nescius tunc apud hostes captiuos degere. quam apud regem  
propinquos. Nulla itaque uelle ut regnandi suspitione hoc solo interemp-  
tus est. quod ei competere regnum uidebatur.

**D**iligebat interea mariam in pensio amore. nec offensam uolebat. Cu-  
mulauerat mulier gratiam numerosior partus; Nam quinque ei generaue-  
rat filios; Sed ex tribus maribus iunior romae obierat. dum litteris imbutis  
liberalibus. Reliqui duo. ultra priuatorum modum regio cultu caelebrabant;

**S**uffragio erat iuuenibus. matris nobilitas. & siuis ortus in regno. quod impe-  
rante iam patre geniti forent. Sed amor maxime mariam. quo rex ma-  
gis magisque cotidie accendebatur. Ut cum ipsi nulla uicissitudo amoris a  
coniuge rependeretur. cauere & tamen ne in aliquo mulieris animum maesti-  
ficaret; aequali lance odium mulieris & amor uiri aduersum se certabant.  
Iuscius tamen mariam in se uirum oderat. quam herodes maria-  
mepi non amante amabat.

**S**uppetebat mulieri hodie deflagitio. fiducia de amore. quia alter uero dolore  
nepas auersabatur. altero prosequium amantis extollebatur. Et ideo ne a con-  
uicio quidem obiciendorum criminum temperauit. quod a uuis sibi hircanum  
& fratrem ionathen psceluser. puiss & cum alius pro socer. alius ad finis. Ille  
propter senectutis infirmum reseruari debuerit. hic saltim propter accatē  
ad ulescentulam;

**F**acinus indignum; cui septem. Decem annorum adulescenti summum com-  
miserat sacerdotium. huic continuo honorem contulit. & mortem intulit.  
Nulla alia causa ut accepimus. nisi quod sacerdotali amictu indutus. ubi pri-  
mum accessit ad altaria sacra & caelebridie. subito populus in lacrimauit.  
Quod suspectum a deo herodi fuit. ut pro gaudio populum crederet in lacrimas



se. atque eo erga effebum prodidisset affectum suum. Lacrimas illas uocauit.   
studium populi sibi periculosum. quoniam in suis scribis significauerit. quod studium   
erga cultum adulescentis haberet. & nobilem illam regium nepotem. in potentis   
mulieris filium. fratrem regine proteruoris. quaeremurum dedignaretur.   
prorupturum ad imperandum. nisi maturius sublatus e medio foret. Cui for-   
mae uidecoris gratia suppetere. uti uere praefendus omnibus aestimaretur.   
proposuit itaque adulescentem occidere. Exagitabat eum mater adulescentis.   
quaecumque aduestigandum acrior. & adulescendum uehementior. nihil occultum   
nihilque inultum patiebatur. eoque reuocare sese ac reprimere deliberabat.   
Rursus exagitabat eum cumulator. in dies erga adulescentem amor uniuersorum.   
& regni periculum. Unde praerupto furore excitus. statuit quocumque modo sibi scilicet.   
**M**ittitur adulescens nocturnis temporibus ad urbem hiericho. atque ibi solitus   
delectari studiis natandi. a plurimis quasi in ludum coeuntibus. dum sine modo   
mergitur in piscinam necatur. Idcirco tam soror non tulit. sed affectu germanita-   
tis pro conuicium prodidit. atque obiecit marito iussu eius sibi fratrem ereptum.   
Desertit tam se omnibus. funestam sibi domum coniugis. qui primo sibi uinum ad-   
merit. postea germanum interemerit. miseram se exitio suis fuisse. in praes-   
caridura uiro. securus & regis sorori. commune omnium flagitium. Ultorem   
deum poscere. nec tantum facinus in panisum relinqueretur. ferebat ista hero-   
des quasi amore captus. & in uicibus deditus. sed furebat mulieris & ferre non po-   
terat maledicta execrantis. & indignantis arrogantiam. maxime quia uic-   
tus miraculo eius herodes. insurgere aduersus dilectam nequibat. Et ideo quo   
magis excitari quasi amans possit. scena ad alterum contexitur. atque in mulie-   
rem istiusmodi crimen imponitur. quod imaginem suam antonomasiae aegypti   
destinauisset. Quantae istud in temperantiae fuisse. ut absentia & prompto   
in libidine uiro. tum praeter ea potenti qui potestate. prouire uideretur.



formam suā uenale offerre & pulchritudinem licitare cur. nouae auctoris  
 commercio semulicem profuturū. ut in amore an odio mariti. cuius pericu-  
 lum pro mercede adulteri poscūla uisisset;

**H**oc itaque commento mulierum apud herodem mariamne quomaga amaba-  
 tur. eo grauius adpetebatur; Neccamen in simulatio ipsa quamuis indignantiū  
 feminarum aliena ueri poenitus fuit; matrem enim alexandriam furentem.  
 quod alius filio suo aristobolo in sacerdotio praeferebatur. hoc enim nomine io-  
 nathan filium suum quod a uum sibi regem fuisse in memoriam reducere & appel-  
 lari malebat. ab antonio per musurgam quendam litterarum sequestrem petas-  
 se filio sacerdotum. fide uero prior erat; Deinde adueniente in u-  
 daeam gellio antonio amico. cognitum adulescentem miraculo fuisse propter  
 excellentissimū decoris gratiam. non minus & iam mariamne. cuius quod digni-  
 tas clarior eo fama inlustrior. & forte comperta more quodā humani inge-  
 ni. quo uiri quoque eos interioribus amicis cariores cupiant declarare. si praes-  
 entibus quoque necessitudinibus suis mensae hospitalis societate indulgeant;  
 Ibi quoque alexandriae datam cum solio conloquendi copiam. licet & liberiori  
 uiduae alia quoque cognoscendi hospitis deesse copiam non potuerit. cum praes-  
 sertim huiusmodi & causas & personas requireret. Deinde conlato utrimque consi-  
 lio id sed de his sententiae. ut utriusque imagines antonio dirigerentur. Praefere-  
 cum illum splendore imaginum. & solio praecipue testimonio. quoniam hiltale  
 seum quam uidisse in terris adseuerare. Et gratiam illis non hominum sed  
 diuinam inesse. lenocinantes ut excitarerunt uiri minime sobria cupiditates.  
 scripsisse herodi. ut aristobolum ad se sine mora mitteret. de mariamne quod  
 ei coniuncta fore praetermisisset. non quo operire libidines suas uel in his  
 quaenuptae essent apud maritos soleret. cui sine periculo usus fore flagiti-  
 um sine pudore. sed quo cleopatrae cauere indignationem. quae utriusque.



quidem sexus rivali offenderetur. sed amplius sibi ciatā utro mulierem  
deprachendis & quia sedecore super omnes excellere mulieres arbitrabatur.  
**P**er leccas itaque litteris herodem excusauisse. quod sine seditione populi &  
perturbatione totius gentis auellere a suis nobilem non possit adulescentem.  
Atque ut satis faceret alexandriae. spondidisse aristobolo sacerdotum. Sed  
cum moram fieri promissis uidisset. & arte seludi putaret alexandriam pa-  
rasse nauigium. atque in ipso fugae apparatu cognito praebitionem consiliorum  
uocata esse cum filio; his motum herodem dissimulasse ad tempus iniuriam.  
& adhaerere aristobolo sacerdoti conlationem. ut honoris specie parate  
necis inuidiam uelaret; quae pacta ut diximus. quasi fulmine ictus  
exagitatus est. simul & affectati adulteri ad ficto a suis serimine. quod scire  
antonium promptum ad libidines. & in uelatas ex eo quod plurimum poterat.  
inflammantem in omne genus amatorum cupiditates. Cleopatrae quoque  
inexpiabilem rivalitatis praecipue dolorem atque inmanitatem. quae pluri-  
mos uirorum quos segiores circa uxorum reprimendam in temperantiam  
compererat interemisse; imminere sibi periculum non solum amittende  
coniugis. sed etiam subeundae mortis perhorrescebat.

**P**roposuit itaque ipse contendere in aegyptum. ut antonium uel cleopatram quam  
maxime metuebat flecteret; Cuius catum ali i ferunt marci antoni litteris eote-  
tendisse. ut necati adulescentis causas prestaret; Profecturus tamen ad finis suo  
ioseppo cui salome germana regis in conuiuium conuenerat. secreto aperit  
suspectam sibi necem propter conjugalis formae ad pacem uentiam. quam missa  
sui decoris specie prodidisse mulier argue retur. Idem quasi ad finis negotii co-  
mittere. ut si ipse ab antonio extinctus foret. mariam necaret. ne merces  
flagitii superesset. Ioseppus haudquaquam ut arbitror studio proditoris.  
sed quomulieris. erga uirum sopiret. querelas quibus se ad fluctu diceret.



ardere odus uiri mandatum exprimit. atque affectu amantis inter patitur. quod nemo mortuus quidem pateretur herodes. se iungisse ab uxoris societate. Sed mulier longe aliter quam ioseppus aestimauerat ad argumentum traxit in plicatae adhuc in se crudelitate. cuius exercende post mortem quoque suam executionem ad finem proprio mandauisset. In festum illum sibi iniuria. qui suspiciones suas non argumento <sup>ali</sup> quo ueritatis examinaret. sed praerupte mortis exitio urgeret. Nullum odus finem fore. que ultra ipsum uita ac salutis defectum extenderentur.

**S**ed ioseppus domestici malum memor. dum alienam coniugem uiro reconciliare expetit. suae coniugis aduersum se inflamauit suspiciones. que conloquia uiri proprii cum mariam me morasque in aula regia haud perfunctoriae ferenda arbitrabatur. Denique ubi frater reuertit. in simulatione non disculit. iniuriam suam addens regalibus contumelias. quod sibi quoque mariam me ademisset maritum. Sed herodes praescriptus licet. tamen haudquaquam grauius primo commotus est. nec in festum se uxori prebuit. quin etiam uiam amoris in fractus. quodam die iurare mulier coepit. quod tanto eam diligeret affectu. ut nunquam alterius mulieris flagra uerit cupiditate. Ita omnes ex animo abiicerit. ut uxori fidem seruaret. At illa. Satis inquit amorem erga me tuum mandatis quae ioseppus dederas declarasti. praecipiens ut me occideret. Quomodo potest amare qui occidere potest. Amens ilic rex ubi audiuit secretum suum proditum. cogitare coepit. numquam proditurum fuisse ioseppum nisi captus amore mulieris mercedem prodicionis stupro quaesisset. manifestatum quod diulata. in apto crimen. indubiam corruptionem. non frustra excitatam sororem quaedam domesticam iniuriam deprehendisset. praetera ceteris. itaque indignatione nimia furens. animique in pos. exiliuit delectulo. fugiens corrupte



lae turpis contagia. nec furentē capiebat aula; audiuit soror uociferantem.  
continuoque rapiens tempus ad arguendum in simulandi & occasione nocendi.  
confirmauit indignantis suspensiones; In pulsū sitaque dolore iniuriae in simula-  
tione germanae. iuba & occidi utrumque; nec multo post secuta est factorum pe-  
nitentia. & ubi accidit. <sup>amor</sup> ira successit. & passio resuscitata est. Tantusque incandu-  
it feruor cupiditatis. ut defunctam non crederet. atque in excessu mentis positus.  
quasi uiuentem alloqueretur. Et sicut ad eam quae uiueret pueros dirigebat.  
rogans ut depositis simulta tibi; ad se se ueniret. & redderet se conuugali gratiae;  
Uix demque multo edoctus inter uallo temporis obis se credidit. quam pro amore  
tamquam immortalis feminā decoris mori non potuisse arbitrabatur; tantus  
erat affectus circa defunctam; Demque efferasse postea atque in multorum  
necem praesentium odio fertur exasperatus. Nec solum morbo animi laboras-  
se. sed & iam graui corporis aegritudine. quam ex pestilentia quoque aeris con-  
tractam agebant; Nam tractus caeli corruptior. plurimis pestem creauit;  
Unde consultis medicinae peritis. siluarum secretis se se abdidit. Et refuso pau-  
latim uigore. uenatibus salubritatē corporis pariter ac mentis sobrietatē recepit;  
Hoc quoque addebat miraculis suis quibus defunctae suscipiebat gratiam. luis-  
se se iniusta poenas flagiti. & elementorum aegritudine expiatum interitum  
tantae decoris. excidio mundi. populorum lue. unius mortem. Sortetamen in pa-  
ri uindicatam. cum fructus terra abnueret. fames auerget. pestilentiam;  
**H**unc marianne exitum tulit. sobrie uiro pudica. sed insolens formae consci-  
entia. Cui magnanimitas superfluebat. sedulitas deerat. ut blanditias dedig-  
naretur mariti. secuta quod nihil ab eo qui supra modū diligere. exitu ppe potuisset.  
**N**ec solum ad praesens ultionē repperit. sed & iam in relicum hereditaria. odia  
transmisit. Cui successere filii mater in doloris executores. pio erga matrem  
quidem affectu. sed erga patre impio. cum utriusque parentū parimunere



ius naturae soluendum fore;

**N**ec in exercitatos dolor repperit; Nam diu romae eruditissimis iuxta & gre-  
cis litteris. a seutaam non mediocrem adsumpserant. Et absentes comperta nece ma-  
tris. plerisque in odium patris impulsoribus. asperabantur. Regressis quoque  
ne conspectus quidem patris reuerentia sedulitatem infuderat; crescebat cum  
aetate malitia; Accessit etiam ex coniugis societate praesumptio. quod alteri  
salomes filia neptis herodis. alteri archelao genita. qui capadociae regnum  
tenebat. in uscopulae nuptialis conuenerant. & nobilitas coniunctionis odio-  
rum dederat auctoritatem;

**O**ffendebatur igitur herodes uel tacito filiorum ingenio excitatore quam  
paterna pietas pati possit. quae etiam uultu frequenter laeditur. Addebantur  
& stimuli ab his qui ab insidiis filiorum cauendum. quasi solliciti grebro denunti-  
abant. adserentes quod ultrices materni exitu armarent manus; Quibus per ter-  
ritus herodes. anticipatum dosidis filium praeferre fratribus; atque ad sui gratiam u-  
beriore affectu coepit lacessere; Ardere maioribus odibus aulae regia. & certamine  
fratrum concuti. dum illi indignantur quod priuatae mulieris filius. sibi in reg-  
no ortis praeferebatur; Ille uersutus adulandi. quos in inferiorem maternolate  
recernebatur. eos studiosius commendare sese patri adpetere germanos compositis  
in simulationibus; non quiescebat. donec ipse sese palios quos sibi adiunxerat. exclu-  
deret & eos ab affectu paterno; Denique regnandi illi spem omnem ademit. ita ut  
publicae conditorum testamento. solus imperii successor designaretur. missusque  
romam ad caesarem. praeter insignem ademat. omnior natu cultuque regio  
fulciebatur;

**I**nde in iudaeam regressus. aucta erga se caesaris plurimorumque in iudaeum  
uirorum gratia. exigui petere poris interuallo tantum praecualuit. ut etiam ma-  
trem coniugio patris redderet. geminisque armis. adulandi arte. & in simulan-



diuersitiam ita germano surgere apud patrem coepit. ut pater filius nec parare;  
**D**emque furens animi romam petit. adtracto secum alexandro. quem reum  
magici aduersum se criminis ante caesarem statuit; Ille data sibi copia de plo  
randae calamitatis aerumnarumque omnium. cum uideret sibi suppetere  
tantum iudicis auctoritatem. quin eam herode transduci per gratiam posse. nec  
abanti patre circumueniri. nihil praetereundum ratus. flagitia patris qua  
dam praesertim modestia. ut nec urgere tamquam accusator uideretur.  
nec occulta esse sineret. cum plurimum causam uiuaret. si se ob necis matris  
dolorem. patris respectu. odus demonstrauisset. In talibus enim iudicis nihil ma  
gis liberos grauat. quam naturae pietas. & pietatis auctoritas. quae si aliquo  
traducuntur flagitio. praedictum minuitur. praerogatiua excluditur.  
Ubi uero ad obiecta patris uentum. ualidis refellens adsertionibus. alienum sceleris  
primo fratrem demonstrauit. qui suorum esset consortis periculorum. quem  
innoxium in crimen uocatum gemiscebatur; ad stipulabatur purae conscientiae.  
agendi uis & dicendi peritia; nihil sibi ac fratri relictum honoris. sublata om  
nia per scelus germani. patrisque facilitatem amarissime deplorabat. precem  
sibi inrogari quam pater eo usque expectat. uter inenadiat. flagitium adiun  
gat; quibus dictis. coegit in lacrimas uniuersos. atque eos sorte deduxit iudicium.  
ut caesari accusatio non probaretur. pater reconciliationem amplecteretur;  
Id gratum admodum & praecellentissimum romano principi. non solum regi  
inuito regnum donasse. sed & iam liberos reddidisse. Ita que iusto defunctum ex  
amine. ut patris iniuriis inuolata reuerentia maneret. & tuta filiorum inno  
centia. patri ut decebat obtemperarent liberi. ipse inoffensum naturae affec  
tum exhiberet filius. cui uelle & tamen regnum relinquere; Hedit ex urbe roma  
cum patre alexander. iudicio magis quam suspitione absolutus; Uacare enim  
mentem herodis ab odio filiorum. anti pater non patiebatur. Ipse & enim

2



erat odiorum materia; praemebat tamen studium suum conciliatoris: ne ad petat Germanicam scenam proderet: insidias manifestaret; ubi uentum est in Ciliciam & nauigantes in Eleusiam adplicauerunt. susceptos archelaus opimo conuiuio. gratias agens anti-patri generis sui causa quod exemptum periculo. reconciliatione etiam dignum aestimauisset; Ipse etiam litteris per suos directis. amicos rogauerat. ut generi defensionis adiuuamento forent. & discedenti optulit triginta talenta hospitalitatis munere acque zephyrium ad usque regem deduxit.

**R**egressus domum rex. continuo populum aduocat. apud quem hoc disseuit modo; Causam mihi hebraei ciues & utilis & fructuosa fuit romam praetendit profectio. ut de filio meo caesar iudicaret. ne solus ego qui nascabar cognoscerem; per rex ad caesarem. ut qui mihi regnum reddiderat. de successore meo pronuntiare; Adiecit beneficium suum. ut quod difficile erat prope amissos filios patri repraesentare; fratribus quod supra regnum est concordiam redderet. Redeo igitur ditior. quam profectus sum; didici esse melior pater. quia didicerunt filii mei esse meliores. caesaris beneficio; Statuit enim ut ex meo arbitrio penderet & filiorum successione praerogatiua successionis superbia gigneret. Ipse mihi successorem darem quem elegerissem. eum scilicet qui meruisset. eum qui patrem amplius honorauisset; Imitabor caesarem. Ille enim absoluen- do iuniores filios meos. seniori filio pare fecit; Itaque simul tres liberos hodie reges constituo; Illi aetas. his nobilitas ad stipulatur; Nec numerus moueat. magnitudo regni & pluribus habundat;

**A**rbitrari primo sententiae meae des. deinde etiam uos accedite; quos caesar coniunxit. constituit pater; uos honore congruo prosequimini. ut neque in moderatis neque infimus honor sit; Aliud inflat. aliud exasperat; quod cuique portio suae meritis suppetat. impatur; Non enim tantum quis delec.

Oratio



104  
tateum quem supra mensuram honorat. quantum laediteum cui debetum laedit  
eum cui debetum laedit eum cui debetum rogat. Et plerumque uterque eorum  
offenditur. <sup>ubi</sup> ut plationis adlatio est;

**S**um certe omnibus pater; honor filiorum. Haud dubiae patris gratia est. Si  
tamen supra modum quis liberos meos excolat. reus est mihi & iam pro liberis  
meis. quibus auctor prolapsionis est; nimis enim cultus. audaciae sumptus est;  
numquid in uideo liberis meis. Absit; sed malo eos minus cum gratia posse. qua  
plurimum cum seditione; quod enim superbiae uel rapinae est. cito labitur.  
quod gratiae. diu tenetur; Unde curae erit mihi. ut sponsores concordiae  
adiungam liberis meis parentes amicosque. quorum hortatu mutuae dilec  
tionis adfectum induant; Nam cum omnis sermo malus facile mentem  
audientis inficiat. tum maxime ad sidua conloquia & diuturnus usus. peste  
animum infundere solent. quae contagio quodammodo in mores cohabitanti  
um cito transeant. Et si tranquillitas morum sit. tamen ut stagnum ite licet.  
uentis exagitantibus. adsurgere in aestus ualere. ita bonae naturae in probis mo  
nitoribus fluctuat.

**A**rbitror itaque. quod in me unusquisque. spem <sup>sibi</sup> suam potissimum debet re  
condere; Non enim quod accedit liberis meis. mihi deperit; plus unusquisque  
tribunorum uel militum. reuereri debet patrem imperatorum; Ego sum  
ego sum. qui mercede uniuersis rependam; pro his quae & iam filis meis detu  
lerit. Si recta ad uertero studia factis remunerabor; Maluolentia pro  
tium referat suum. ut apud eum quoque quem putauerit adulandum fructu excidat;

105  
**U**s autem boni filii considerate primum naturae religionem. cuius gra  
tia & bestias ligat. quae & iam ferae cogit in amorem necessitudinis; manet  
inter indomitas pecudes mutuus amor. & periculis propriis redimunt suos  
beluae; Reueremini & iam caesarem. qui uos ex inimicis amicos fecerit. ter



tiomeipsum. quirogare malo. cum possimiubere; manete fr̄. soli exuere quod  
 generati estis; Douobis uestem & cultum imperialem; sed praetiosius est quod  
 suadeo. ur̄i amoris intemeratum signaculum; Si pietas maneat. regnū delectat.  
 Si desit gratia. uile imperium est. & plerumque noxium. Ergo dum uos expe  
 ratur. habetis interim non regnum. sed regni honorem. Si patrem dilexeritis.  
 uis sequetur. Mei tamen amorem in uobis p̄bete; omnibus quibus delectare  
 regnum solē. ut principes potestemini. onera imperii. & moles negotiorū  
 me solum & sinolim manebunt. Et ideo uobis p̄dest mea uelle. quia ego quae  
 uestrae sunt & uolo. & mea arbitror;

**H**is dictis osculatus est filios. ut eos uno osculo caritatis inuicem sibi necterē;  
 quo facto. conuentum dimisit; Discesserē plerique laeti quibus placebat  
 concordia germanitatis. sed cum fratribus reuertit dissensio. eo que gra  
 uior. quod dignitas potior. cui amplius inuidere tur. & nocendi subpererē  
 maior potestas; Dolebant filii marmes. equatum sibi priuare fili  
 um mulieris. quae regni nescirē pro sapiam; Contra antipater distinc  
 tam sibi ac fratribus regni spem dedignabatur. & inuidebat germanis. quibus  
 posteriora propriis uix reseruariantur; Sed hic sese tegebat. & uelabat odiū.  
 prae tenens gratiam. Illis consilium omne in sermone obuium & iam non  
 quaerentibus promptiore lingua & secretorum prodiga. quidquid locuti  
 forent apud alexandrum. continuo erat. Multa etiam quae non dixerant  
 simulabantur. pleraque internuntius cum incremento adiciebat; architec  
 tus omnium quibus adpetere tur fratres. antipater erat. cuius uita nihil ali  
 uderat. nisi quoddam uersutiarum conciliabulum. scena improbitatis. argu  
 mentum scelerum. flagitiorum mysterium; Subiciebat indices. subornabat  
 testes. simulabat defensionem. quasi in te atro personam fratris circumfe  
 rentis. ut leuora excuterē obiecta. grauioribus cederē. quo magis patrem.



faller&: & uehementius in fratres mouer&: maximaque acerbat arte inuidiam  
paternae necis parate: ut regnum eriperetur; quae regibus metu periculis suspectiora,  
Sed ne sine repulsore minus uerisimilia regi uiderentur. ipse primo temptabat  
refellere: dein constringi se manifestis rerum iudiciis uolebat uideri. ut perorata  
utrimque causa: quasi nihil iudicio defuisset & amplius pater tamquam in con  
uictos filios excita retur; Nulla enim res maiorem fidem adsertis dabit: quā  
quod antepater fratrum defensor aestimabatur;

**H**ac fraude plurimorum captabat gratiam: ipsius quoque patris in se mente  
inclinabat; quidquid cotidie minuebatur fratribus de affectu paterno: in ip  
sum transfundebatur; abducebat amicos regios parentesq; & praecipue fra  
trem regis germanam feroram. & salomen eius sororem alienos anepoti  
bus fecerat: ut non modo eos non defenderent. sed & iam ad peterent atq; odissent;  
accedebat odiorum materia: uxor alexandri glafira: quem muliebriter  
satis praesentium insolens extollere sese ceperat fastus superbo: eo quod  
omnibus praeminere & pro sapientia claritudine; tam laque quasi dominam  
se omnibus qui in aula erant regia praeferebat: patrem. auumq; reges sibi.  
& praecipue darium hirs daperi matrem generis apicem solita iactare.  
contumeliosq; ignobilitatis afficere salomen regis sororem. uel dosidam con  
iugem: quod illis dolori sibi odio foret. Ceteras quoque feminas similiter exas  
perare: quae regi propter decorem magis quam propter nobilitatem ge  
neris copulabantur; plurimis enim herodes praeter regium morem & iam  
iudaeorum usu: quasi quadam erroris licentia delectabatur: qui figuras ma  
iorum uitiis obtentui ducunt;

**G**rauabatur ergo alexander uxoris insolentia: aristobolus quoque: isdem qui  
bus glafira sermonibus uxorem incessabat: deiecit illam status: nec confe  
rendam regie proli: imparem glafirae: sibi que esse obprobrio: quod frat



regalis generis conuincione potiretur. ipse priuate uxoris contubernio dege-  
nerasset. Demens qui concubare conuicio proprias necessitudines. quibus  
praestricca contumelus uxor aristoboli ad matrem eam cum lacrimis perfere-  
bat. salome autem comperta per filiam regi herodi adnuntiabat; At ille mo-  
nere filios quam perfidere commodius ratus. uocatos partim imperatorie  
terrui. partim affectu patris nohorzatus est. ut fratrem amarent. ne ue-  
ut hostes dissiderent. Uenam tribuens super<sup>ori</sup>bus. denuntiatis correctionem  
futoris; At illi conpositis sese in simulationibus per pluribus deplorantes.  
ora res simul & polliceris operibus ipsis. in reliquum propriae fidei defen-  
sionem daturis. tantum modo patris factum spectare. nec temere auditis cre-  
dere. Non enim de futuros delatores improbos. quoad uis auditor credulus  
subpeditare.

**H**is & talibus emollito patre. quamuis in tempore imminente depulerint  
metum. maestitiam tamen coacerbarunt. quod uirguri sese a ferora & salo-  
me uidebant. quorum alter patruus. altera soror patris. quibus defensionem  
esse debuerant. insidiabantur; Accedebat enim formido grauis. quod pluri-  
mum poterant apud fratrem; Nam excepto diademate. prope uniuersam  
regni potentiam. cum fratre suo herodes participauerat. nec medio-  
cres utriq; contulerat opes. & maxime ferorae; denique iscentum annua  
talenta recondebat. praeter eam regionem quae ultra eufraten sita. redi-  
tuum copias multiplicabat; Tetrarches quoque peritum herodis. a caesare fu-  
erat constitutus. donatus & iam regalis coniugis necessitudine. quia soror  
rem regie coniugis. in conubio sui sortem adscuerat; post cuius obitum des-  
ponsata sibi semore regis filia. ingratiam successerat generi. nisi amo-  
re captus ancillulae regalis puellae copulam declinauisset;

**Q**uae exasperatus herodes contumelia. eius filiam tradidit qui postea parthi.



co bello occidit. in simulacrum tamen apud se foratam. quod uenenis ad petis  
& fratris salutem. quae suspitione. ne uiuente quidem caruerat uxore. plu  
rimorum primo. & ad postremum amicorum eius quaestione exercita. ua  
cuus eius cuius arguebatur facinoris inuentum. uolens absoluit. dante etiam  
fugae ueniam. quod rapta quam diligebat ancilla. dispositionis in ita. ut ad par  
thos confugeret. familiarum suorum confessionibus. detegebatur.

**R**espirauerat aliquantum alexander. dum feroras incessitur. & ipse inces  
sit salomen quod spondisset nuptias suas obaedes. ille quoque quierat regis ara  
biae procurator. herodique inimicissimus. Sed remisso utriusque crimine. tem  
pestas domus in alexandrum incubuit. atque ipsum graui periculo inuol  
uit. furebat enim saeva pestis. & procella totius aulae antipater. omni  
busque modis & concentu. & iam proprinorum ingrauians fratrem.  
ita ut turbato mentis sobriae statu. instare sibi alexandrum cum gladio  
pater magnis uocibus protestaretur;

**V**enerat in medium scaena huiusmodi. quod eunuchos tres quorum unus po  
cula regimini trare solitus foret. alius fercula caenae inferre. tertius  
torum obseruare regium. necusquam discedere. cum se herodes lectulo con  
posuisset. donis uberioribus. inlexisset alexander ad sui gratiam. & turpis flagi  
tiositatem. Quo prodito. supplicis adacti spadones abscaene ludibria  
libidinis manifestarunt. Promissa & iam amatoria tegere nequeunt.  
quibus sermonibus sollicitati forent. & quae super mercede retexuerunt. ut in  
uolutum dedecore partitium crederetur. inesse sibi in uenturae gratiam. for  
mae decorem. robur aetatis. Contra in ualidum herodem. & iam senecta graue.  
quae capillum inficeret. praeterea proderet. a quo cum uellet. regnandi uis inse  
transfunderet. praemiaque polliceretur ingentia. Et id eos in uenere spem suam  
constituere oportere. non indecrepito sene. cui ipsa natura fine adceleraret;



quae grauius quidem heroden mouebant. Sed illud praeter ceteris. quod  
conspirare regi militarem manum. ducesque exercitus & centuriones. spado  
num indicio compertum haberet;

Quemque ita exagitatus est. ut nullum saeculitiae genus praetermitten  
dum putaret. nulli credere. omnes suspectos haberet; Uelocius erant  
poenae quam interrogationes flagitiorum. & iudicium praueuiebat re  
orum exitus; Trepidabantur passim ad supplicium. quos aliqua inessebat  
suspicio. feruebant calumpniae; multi uolentes regi placere. deferebant  
reos. sed illico & iam ipsi qui alios detulerant deferebantur. & cum reus suis  
ducebantur ad locum poenae; ita efferauerat herodes in uniuersos. ut si  
aliquis superesset. suspectus foret; aliter rex non putans esse secutum  
nisi genus deficeret humanum. in simulatis inreconciliabilis. amicus incre  
dulus. familiaribus superbus. inimicis reus. pauidus ad omnia. ut crebro se  
desmutaret. noctes sine somno duceret; Quis omnibus exasperatus. repente  
alexandrum alligatum uinculis. saepit custodis. & amico seius in quaestio  
nes uocauit; qui negabant. inter supplicia moriebantur. rursus tacentes.  
qui a nihil quod esset suspicionibus consentaneum confitebantur. usque ad  
mortem supremam exulcerati. tamen aliqui. tormentorum & poenarum uicq  
acerbitate. propositum adulescentibus adseriebant. ut uenationi intentum occi  
derent patrem. & ad urbem romam sine mora pergerent. & effugio poena elude  
retur; quod & si nullo argumento fulciebatur. tamen ad solacium studii fe  
rocis deriuabat pater. uolens uinculorum filii causam iustas habere; Consi  
derans itaq; alexander obseratas aures patris ad omnem suam defensionem.  
nec ullomodo rem posse deduci. ut de innocentia sua praesumeret. & quitantas  
calumpniarum molibus ad peteretur. simili arte nequissimis delatoribus. oc  
currendum putauit. ut fraudulentos & calumpniae machinatores dolis.



circumuenire & atque incalumpniam reos uocare & quorum se calumpniis sur-  
geret alidit; Scripsit igitur quattuor libellos. quibus commentum sceleris.  
quo paternam salutem adpetierit confiteretur. atque insidiarum huiusmodi  
conscios plerosque eorum a quibus ipse adpetere tur exposuit. atque his  
dem inscripsit libellis praecipuae & feroran & salomen. quod ea quoque in  
tempore nocte inrupto adulescentis in quo habitare & cubiculo inlexerit inui-  
tum. & inducanti extorsit. ut incestum patrarat;

Transmisit ad regem libellos uelud indices flagitiorum suorum. quibus po-  
tentissimos quosque inuoluerat regis comites. atque amicos. In tempore ar-  
chelaus in iudaeam properato aduenit. ut siquid possit genero ac filiae opis  
auxiliumque ferret. sed praecuidens apud infestissimum patrem obstructos si-  
bi aditus legitima defensionis arte commotionem eius repraesentit; Nam  
simul ut aulam ingressus regiam est. magna uoce cum iam audiretur & uide-  
retur ab herode. uelud furens animi uociferare coepit. Uuicne adhuc  
ille ueneficus generus. & carpit hanc lucem. Ubiquae se est. Ubiparricidale  
illud repperit a caput. ut manibus discerpam meis. Parricidio perire debet.  
qui parricidium uoluit implere; Quid facturus est socero. qui non peperit pa-  
tri. Quid demonstrabit eum. Euiscerabo primo scelestum. adiciam filiam bo-  
no sponso; Et si sceleris non fuit conscia. non est tamen aliena contagio. quae  
parridae coniugio potiebatur. Non agnosco filiam quae artes nondeprae-  
hendit mariti. quae se tale exhibuit socero nurum. ut subiectum filium patri uol-  
deret; Ego illam non ad sceleris ministerium iunxi. sed ad consortium matri-  
monii. ut coheredem gratiae praeserarem. non criminis adiutricem; temeror  
herodes. si adhuc uiuit alexander ille insidiator patris; Putaba iustas illu-  
iam poenas dedisse. quem differri non oportebat; Quid enim diutius seruari  
confessor aut parricida talis. sed fortasse hoc quoque diuinae fuerit p.

Oratio Archeloy



uidentiæ. ut amborum parentum iudicio condemnaretur. qui in te læst  
 utriusque pietatē; Non enim negabo ultorē. qui me ultionis exactæ prædicatōrē  
 parabam; Sed nec filiam ex capio. quam in faustis nuptiis ipse despondit. spon  
 sorem secutus; Non enim ego illam mariti morib; sed fidei tuæ tradidi. Red  
 dat causas. quod uadē suū dissimulauit. maritum dilexit; De utroq; nunc  
 nobis iudicium est. si firmus executor tantidoloris es. accingere pater.  
 sequestra pietatē. Non obtandum quidem officium patribus. sed nondis simu  
 landum; Si te pietas mollit. inflectat natura. mutemus uices. ut ego in tuo filio.  
 tu in meo pignore ministeriū mutui simus executores;

**H**uiusmodi orationem circum fremens transduxit herodem. atque a furore  
 animi paulatim intentionē eius emolliuit. ut quasi compatiēti atque unani  
 mo se secederet. & dar & eilibellos legendos. quos alexander composuerat; At il  
 le singula quæq; aduertens. ubi intellexit magis dolore congesta quam fide  
 nixâ. profundo consilio minuere paulatim inuidiam temperamenta patriâ  
 dalis. atque obiectorum causas in eos quidē scripta fuerant. & maxime inferorâ  
 coepit transfundere; Itaque ubi aduertit regem a sua sententia non abhorre  
 re. considerandum inquit. ne forte adolescens magiscantorum in proborū  
 insidias ad petrus apud te sit. quam tu ab adulescente; Quid enim causæ erat.  
 ut tuam ad petrus uiam cui regnandi honorem concesseras. regnandi uis  
 reseruabas. & spem successionis. Quid ex petrus quod habebat. aut quem admo  
 dum tantis muneris <sup>by</sup> ingratus foret. Quid uero ageret in tua nece. nisi ut suum  
 adfectaret periculum quod te uiuo metuere non possit. defuncto timeret.  
 Ab his utique a quib; & iā sub patre positus. propriæ salutis exadium porresceret.  
 patet ista ætas fallaciæ. facile decipitur.

**E**t fraudulentorum insidias circumuenitur; uix resistit dolis ætas senilis.  
 plerumque tamen & senum prudentia circumseribentium uersuta insidias



infretitur, Ergo si maturior usus saepe labefactatus est. quid mirum si aetas in  
maturior adesse non potuit sibi. cum insidiantium cateruis perurgueretur.

**I**llos igitur perturbatores regiae domus esse. illos incitatores adulescentium. semi-  
natores discordiarum. qui desperationem salutis deduxerint adulescentem. ut sto-  
macho magis indulserint. & ultioni potius quam absolutioni intenderit. aliqui  
& iam impulerit commotioni; Quibus paulatim inflata herodes cooperat. &  
mollire indignationem circa alexandrum. At uero inferoram commoueri ue-  
hementius. quod illis quattuor libellis ipse omnium flagitiorum minister. & to-  
tus scenae architectus exponebatur; Qui uident regem archelao mentem suam  
indinauissse. atque in eum praeter ceteris praeponderare gratiam interioris ami-  
citiae. ad ipsum se contulit. obsecrans ut animam sibi regis conciliatum redderet;  
Uerum ille in nexum plurimis scelerum uinculis quibus euidenter regi parassse  
insidias conuinceretur. atque ad peccassse adulescentem. nullum habere aiebat  
ueniae locum. nisi de posita inficiandi uersutia quae obiecta sibi fuerant. confite-  
ri germano suam amant. atque ab eodem sibi poscere indulgentiam non dubitauit  
sc; huiusmodi sese actioni quibus possit studius non defuturum;  
**M**utata itaque ueste. suffusus lacrimis. specie miserabili fratris inberens uel  
tutus. orare ueniam. in probitate faceri. omnia de quibus argueretur non abnuere.  
sed recognoscere dementiae sibi causam fuisse tantae prolapsionis. quod nimis  
in eo furor amore dilectae sibi mulieris exaestuassse;  
**S**tatuto itaque ferora suorum flagitiorum accersitore pariter accesse. tamquam  
pro mercede compositi quod in usus suos cederet & argumenti. heroden archelauis dep-  
cabatur. ut naturae contemplatione mollire iram. fratrique ignoscere & supra  
uindictam constituens ius naturae; nec mirum si in maximis regnis. tamquam  
in magnis corporibus saepe aliqua pars ferueat. quae non in adenda. sed in mollior-  
rib; sit curanda medicamentis; sibi quoque multo grauiores compositas ager

110



mano insidias. sed remississe se necessitudini quod debebatur dolori. ut quo magis poe-  
nam leuaret. ingrati. eo amplius causam grauarer;

**C**um haec atque huiusmodi alia subtexeret. mitigauit quidem herodes ut germano  
remitterer. sed ipse tamquam inexorabilis genero manebat; denique munitaba-  
tur. quod diuelleret ab eo filiam. tantisque infremebat indignationis suae motibus.  
ut ipse herodes satis expiatum filii aduersum se facinus arbitraretur. Ultoremq;  
suarum iniuriarum rogaret. atque ipse pro eo suo apud socerum interueniret.  
quod integro renouaret nuptias; perseuerabat archelaus. cui uellet herodes ali-  
norum suam iungere. propter alexandrum. cuius causa etiam uxor traduceretur.

**A**tque ea arte. multo amplius impellebat herodes. ut ille sibi filium redditum  
putaret. si coniugium eius non soluereatur. quod ille uxorem impensè diligeret. ex qua  
etiam filios suscepisset. dulces auro. gratos parentibus. hoc munus restituta sibi filio fore.  
quia non medio cri ex parte bona uxor uiri sui reprimere. errores. aut compensa-  
Quid autem ad te cam uiolat deposita religionem. Nonne pro thesaurum nobis opa-  
 num dedit, atque in clausum in hoc uase fictili, & consignatum commisit nobis  
 custodiendum, quo ad ipsi placeat reposcere; Nonne in utroque crimen est,  
 uel trahere depositum non reposcente, quid dederit, uel reposcente negare, si ho-  
 minis depositum uiolare poena infamiae est, quanto magis uiolare depositum  
 dei, depositum dei anima est in hoc corpore, anima quae mortis istius capax



Non sit; Non enim ullo mortis uinculo adstringitur atque inligatur. sed uidetur  
mortem operari cum soluitur corpore. atque a commisso sibi contubernio seungi  
tur; Cur igitur ante repetitū depositū mortem inrogamus? & animā quasi inua  
lam nobis remittamus. atque ex domo nrā excludimus. & corpus sine decore & gra  
tia sui in terrā resoluimus. cur ex eundem hinc pceptum non expectam. miles pceptū  
expectat. seruus imperium. si quis horū sine pcepto exierit. alter desertor. alter  
fugitauus est; qui hominem fugit poene obnoxius est. quāuis impbum fugerit  
dnm. nos optimum omnium fugientes possimus non adstringi impietatis flagitio.

**N**um & iam illud pterit nrām opinionem quod adposuit d̄s angelum in circuitu  
amentū eū. est ergo qui phibeat. nisi pceptū acceperit. Si nullum pceptū. nullū  
uiaticū; et quomodo puenimus sine uiatico. quis nos recipiat in illo puro & secreto  
loco. quis nos admittat ad illa sc̄arum animarū consortia. ad am̄ latebat quia pcep  
tū di p̄uaricatus est. & exclusus est de paradiso. quia non seruauit mandātū. dicitur ei  
Adam ubi es. quasi ei qui fugerit. quasi ei cuius apud d̄m non sit p̄sentia; Nonne &  
mihi dicitur. ubi es. qui p̄ter pceptum uenisti. quem ego naturalibus uinculis non  
relaxaui. tolle eū in tenebras exteriores; ibi erit fletus & dolor;

**H**aec non solum moribus hominum. sed & iam legibus interdicta accepim; Nāque  
alu in sepulchros p̄ici iubent eos qui in se ferrum deiecerunt. Dignum est enī. ut qui  
patris imperiū non expectauerunt. priuentur quasi quodā matris gremio  
terrae sepulchro. Alii dexterā manū absidunt defunctis. ut separetur a membris  
sui corporis. quae aduersus corpus suū uacillans militauit furore; Sed hunc exitū  
sacrilegiferunt. aut p̄ditores. uel p̄cussores parentū. qui uerum patrem non  
agnouerunt nec se recognoscunt; Ideo aut penitus sepeliri phibentur. aut  
non tibi sepeliuntur. Animas quoque eorum non paradisi recipit. sed in  
ferorum tenebrae saeuaeque supplicia;

**H**aec mihi reputanti quāquā omnia creptasint. solatamen terroris ac for



midinisunt. Memih i ipse inferam quatenus hostis poterit inferre. & illa paradisi eri-  
 piam. quae romanus adhuc non potuit eripere; Certe ad cedere poterit. non pote-  
 rit auferre. quae sola impatienter desidero; Non enim uita huius ullam cupiditas  
 tenet. inquam nec apud ciues nec apud hostes cepi quod delectar. & isti mihi pacem  
 negarunt. illi patriam eripuerunt; Inter tot mala quid potest suauitatis in hac uita  
 superesse. tum modo omnipotens pater qui naturae auctor atque arbiter est. honestular-  
 gire exitum. turumpe naturale <sup>hoc</sup> uinculum. redde animam meam secretis suis; Ex-  
 unctus sit populus. creptus ius libertas infracta. non paritabor tamen legem tuam  
 ut moriar in iussis; Multos habes tui exsecutores. at exspecto imperium. ab exsecuto  
 re imperium ministerium.

Exspecto ut iubeas. ex-  
 ut uolenti liberes.

**B**onum est mori. sed moriar ut hebraeus. non uulatro non uicarnifex. non uic hostis.  
 Uicissim licet bello. manebotamen quod natus sum. ut abrahamae patris heredita-  
 tem non deseram; Non transibo in numerum hostium. ut ipse me percussor sim; Offerre  
 me hosti perueniendum sine pietatis possum dispendio. manus meas mihi in hoste conuer-  
 tere sine scelere non possum; An uero metu scilicet. si non liceat nobis secundum legem ui-  
 uere. reuera nunc magna libertas est. quibus non licet secundum legem mori;

**H**aec ioseppus allegabat. quo euacuare & uoluntariae moras adseruone. sed illi qui  
 semel sese morti deuouerant. qui a uerbis resistere non poterant. gladius quasi feri-  
 turi ilico uisum circumsteterunt. nisi ad quiescendum putarent; At ille circumdatus. alium  
 ducis reuocabat auctoritate & uirtutis conscientia. seu uero obtutu conueniebat;  
 Huius reuocabat dextera. illius inflectebat ira. mulcebat consilii salubritate.  
 diuersis modis tamen uicque in rationabilem extorquebat furorē; Ceterum quāuis  
 ultima sortis uic dignitate extorserat. non penitus tam aboleuerat reuerentiam;  
 paulatim itaque deponbantur manus. recondebantur gladii. tamen intentio  
 perseverabat; Cum uideret unum a pluribus se obsessum teneri. siue casu quodam  
 siue consilio commentus est. ut minueret numerum repugnantium; committam



inquit sortis moriendi ordinem. ut se nemo subtrahat. cum sortis conueniat uniuersis. Sortis istiusmodi condicio sit. ut is qui sorte exierit. ab eo qui sequitur interimat. Itaque fore. ut sortis unumquemque non propria uoluntas mori ad iudicet.

**S**ed igitur unusquisque sub sorte iudice. & cor sceleris & liber captiuitatis. in non alio arbitrio celeret. nec declinet suo mortem futuram. nemo recusare poterit euentum. quem uel casus intulerit. uel diuoluntas signauerit. fidem fecit oblatio. & cum uer sortum ad sensus sortis adque uerit. Quis que sorte est designatus. parata sequentem necem prebit. Itaque accidit. ut interemptis reliquis. ioseppus cum aliter se superesset. neci. manebat necessario. ut aut sorte condemnaretur. aut certe si exitio superesset sanguine socii contaminandus foret. Suadet ut sortis renuntarent. sic domesticum euasit prodiu. & pernicantore ad uespasianum deductus.

**F**it concursus ad eius aduentus spectaculum. romanis fere omnibus confluentibus. Alud <sup>uideri</sup> celsum desiderabant. quem paulo ante in amplissimo honore positum. summe reipese intuebantur. Alii certabant capto in ludere. alii uices reru humanaru tam uarias atque flexibiles mirabantur. Plerique consultius ingemescabant. qui in alienis casibus sibi posse accidere eadem putabant. Titus pro ceteris mouebatur ingenita animi mansuetudine. illum dudum bellatorem superbum. subito potestati additum hostium. alieni nutus sortem obperire uitae naufragium. exulem spei. incertum salutis. Tantum ualere momenta in prodiu. ut breui casu dispares sibi reddat. cum aut potentes ciciuntur. aut afflicti leuantur.

**I**taque pars melior. eorum scilicet qui honore potiebantur. mitiora consilia dabat. Maxima tamen portio salutis. apud patrem ioseppo titus fuit.

**U**espasianus cum ad seruari precepti. ne forte laboretur. In paucis post diebus ptolemaidem repetit. atque inde caesaream contendit. urbem iudaeae maximam. sed magis gentilibus inhabitantibus refertam. Unde cum plausu & lacrima suscepere populum romanum. non solum romane societatis exoptata sibi gratia.

ioseppus capitur



sed insito quoque odio plebis iudaeae. cuius principem iosephum oportere puniri. maximis clamoribus uociferabantur; Quam uespasianus ut uulgura sine iudicio concepra. silentio dissoluit.

**E**t quia ad hiemandum & tempus opportunum & ciuitas erat. duos ordines in caesarea constituit. Decimum quoque & quintum ordine in urbe scito poli. Necessaria totius onere exercitus ad te reuertur; Ideoque memorata urbs dianae scithicae consecrata tamquam a scithis condita & appellata ciuitas scitharum. ut massilia grecorum; situs loci declarat. ingenita duritia conditores patientia magis camporum quam conducibili habitationis usui delegisse; Namque apta hiemis & aspera & feruentis tempore aestatis plus laboris habet quam delectationis. Quam hieme plus frigori patent. & grauior in his locis aestatis flagrantia est. In quibus solem totum recipiunt. sine ulla arui uirentis amoenitate; Itaque campestris & maritima regio memoratae urbis & iam aestu maris amplius uaporabatur.

**N**ec tamen negotiis bellicis uespasianus uacuiserat; Cognito & enim diuersis ex locis ad urbem ioppen sese contulisse plurimos. eamque opportunam ad excursus piraticos. reparatis aedificiis quae aestio destructa fuerant instaurauisse. quoniam uastata regione subsidium alimoniae mari quaerebatur; diligenter explorauit omnia; At illi statuentes huiusmodi nauigia quae usui praedonum accommodata forent. speculati commearum transitus. uniuersa saepe foenicis atque aegypti commercia populabantur. adeo ut crebre praedationis terroribus omne illud mare clauderent. atque indubii periculi metu nauigandi usus inciperetur; Quo compro. pedestris militum manu & equitum plerosque pergere iubet & nocte ioppen ingredi; quod facile factum fuit. cum custodia nulla ciuitati praetenderet. quoniam uerse urbis fama nullas exercitatur a romanis curas ducis aestimabatur;

**P**raesentes erant tamen. sed non ausi resistere atque ingressum negare romanis aduenientibus. nauigium ascensis ultra iactum progressi sagittae in mari prostrauerunt.



R. et postulare uidetur. si uim litoris eius quo p̄textur ioppe breuiter exponere. utque  
admodum sine ullo proelio p̄dictae urbi secunda clades fuerit. liquido manifestetur.  
Inportuosae est natura ciuitas. cuius ab ora maris litus asperū directūq; sed cornib;  
utrimque leuiter inflexum. In quibus p̄funde rupes saxaque ingentia. quae mari  
p̄minent. Et cum de imo maris surgant. in mare excurrunt tamen; unde etiam andro  
meda illic fuisse cum ceto obiectaretur. formae locorū atque ipse rerū species p̄dere  
uidentur. Non mediocres uetustis fabulis fidem ad commodantes; Caedentibus itaq;  
litus aduersis boreae flatibus inmane quantum undae atcolluntur. quae scopulis in  
lise fragorem ingentem excitant. atque in fluctus relapse. inquietum illum maris si  
nū reddunt. ut plus periculi in portu. quam in deserto sit;

I. Nec igitur fluctuantibus scaphis quae ex ioppe urbe p̄ducta sup̄radixim. ad mazu  
tinū flatus uehementis inruit. quem melamborū p̄alocorū nauigantes uocant.  
Statimque inter se undis impellenibus scaphas miscuit atque inuoluit. Alias rup  
as ancoralibus rup̄ egit in petra. Alis cum in aduersum mare uiolenter subrige  
rentur. saxo litoris periculū. uel a romanis cladem qui se circū fuderant litori  
nauis fugientibus. id est a litoris periculū. & a romanis cladem fugientibus. oc  
currit unda. quae p̄ celsā mole sup̄eminens. obpressos demersit; Nec confugiendi  
erat ullus locus. nec manendi. Spes cum uentus de mari expelleret. & romani urbe ex  
cluderent; Grauis erat nauigiorum sonus cum inter se conluderentur. intolerabi  
lis hominum gemitus cum frangerentur; Qui ubi uacillantibus alueis uidebant  
mare inrumpere. alii se p̄cipitabant. Natandi peritia. alii dum in ad p̄pinq̄antes  
exiliunt scaphas in mare lapsi concursū alueorū p̄terebantur. Plerique cum ipsi  
in p̄fundo sudebant. <sup>nauib; p̄p̄ratias</sup> in uoparomibus. quos senandi fiducia destituerat. Minore tam  
cruciatu. quibus ars dēerat. uel spes ullae temptamentorū. mors transigebat. Ceterū  
natate ad orsos conuulsa nauium fragmenta crebris quatebant. Ictibus lateri  
busque in lisa. miseros saltus foede multabant. aut scopulis impulsos inter ipsa am

eluzaca d. saxu indyomade



plectendi litoris uota mors sequebatur. quaecumque tamen habentes solacium interris  
perisse;

**M**iseranda itaque facies erat. cum excussis infelicium cerebro cautes spargentur.  
sanguine maderet litora; Cerneret infectum mare cruoribus. repleta omnia cada  
ueribus; Ceteri qui forte euaserant. adpropinquantes litori inficiebantur. aestiman  
tibus romanis quod non ex locorum asperitate. usuque uentorum in illis locis deseu  
re & pcella sed diuina indignatione propter solitum conspirantibus uentis mare inuol  
ueretur. ne iudei euaderent. Et ideo metu uentibus seis parcere. quibus deus non pep  
cisset;

**F**uere qui se ferro interficerent. tolerabilius rati ferro. quam naufragio perire.  
Alii qui conatis trudere nauigia perforauerunt. Nonnulli qui lapsi in ma  
re si forte orarent ut nauigantibus eleuarentur. remis repellere. aut telo fe  
rrent; Quod ideo non permisi. quod clareat ab ipsis sibi iudeorum populis quam  
ab hoste periculum maius fuisse. qui se ipsos interimebant. quasi exigua essent ad eorum  
exitium. infecta simul omnia. cadum. hostis. mare. rupes;

**Q**uattuor milia itaque quingenta defunctorum numerata corpora quae despu  
erat mare. sine bello capta urbs. & excisa a fundamentis; sic in breui tempore  
secundo ioppetis romana manus diruit. quod iure uespasianus precipiendum putauit.  
Ne iterum illic piratae conderentur habitacula; Unde & equitatum eo loci illic cum  
pedibus paucioribus licet proficiscens reliquit. ut pedites in loco manerent. ne quid  
auderent pro donum manus ad sua latrocinia. Equites autem percurrerent finitima  
regionis uicosque & oppidula. quo penitus omnia ne conspirarent in aliquos ausus  
diruerentur;

**Q**um haec in ioppe geruntur. quamuis procul hierosolimitani degerent. ne sic qui  
deum a consortio cladis feriebantur;

**A**uditis enim quae gesta a romanis fuerant in iudea. & maxime quia ioseppum



interfectum compererant. primo quia nemo de locis ad eos in deo aduenerat non  
credebant. Deinde uicentantum non temere in manus hostium incidisse arbitra  
bantur. Ceterum nullus nuntius tante cladis supererat. Et hoc ipso supermi excidii  
fama quia nullus inde supererat adstruebat. perisse omnia nihilque resedisse  
uel ad iudicium rerum gestarum; Manabat opinio quo uis maior relatu. quod  
ipsa incertos dum terrent silentia credebantur omnia quae timebantur. Tantumq  
aberat quominus aliquid nuntiaretur ut & iam quae gesta non fuerant adiceren  
tur; Nam ioseppum quoque interfectum fama ad se uera uerat idque dolori  
maximo fuit uniuersis. <sup>hinc</sup> <sup>apud</sup> <sup>romanos</sup> cum de gere comptum. tanto odio p  
sequerantur. ut cuius primo mortem dolebat. eiusdem uitae uel dignitatis uel p  
tionis indicem detestarentur;

**H**inc maior in romanos commotio. ut sedeo ioseppo ulciscerentur. Et quo magis coru  
res inclinabat. eo amplius in bellum accendebantur; ubi finis esse debuerat. inde exor  
diu malorum capessatur; Nam sapientibus aduersi rerum exitus ad cauendum  
magis documentos. Nuncius eadem accidant quae iam male cesserint. in pruden  
tibus autem incertum miseriarum; Debuerat ergo hierosolimitanis causa sobrietas  
esse sociorum periculum. sed quia noluerunt intellegere ut bene agerent in exitu uerit;

**U**espasianus tamen. ut & ipsa mora in melius consulerent sibi & labore exercitus  
paulisper quiesceret. rogantem cessit agrippae. ut in urbe regni eius caesarea phi  
lippi uiginti fere interponeret dies. simul ut aegra paratius a commotionis  
& discordie furore resipiscerent. qui se interuentu regis suscipi posse si conuerteren  
tur cognoscere deberent. cum tam sedula officiorum foedera inter regem & roma  
nos interuenirent;

**O**mnique tiberias proxima caesareae. remedium non abnuic. sanitatem inuenit. Nam &  
ipsa graui morbo dissidentis inter se plebis exaestuabat; Unde uespasianus tres ordines  
ualidiores acciri & seropolim petere. directo in negotium filio decernit; Caetera dece



urbium maxima uicina tiberiadis; Inde ad propinquare muris ualerianū cum  
 quinquaginta equitibus iubet qui pacifica suaderet & ad fidem societatis clau  
 sos uocaret. ut congregati exercitus terror auersos procelleret. Nuntius pacis  
 uolentes inuitaret;

**V**alerianus prope muros equo desiluit. eadem fecere & iam hinc simul prope uac  
 cesserant; Quos pro numero spernendos arbitrati iesus proditoriae manus princeps  
 cum suis qui pariter incesse auri. repentina eruptione deturbant loco. cedentiumque simul quasi deduxerunt  
 dementes. qui non aduerterent consultus ualerianū cessisse insolentiae. quae ruit equos inuolauerunt  
 spoliadehis qui pacem offerrebant usurpauisse; Denique seniores offensi fa  
 cinoris acerbitate relinquentes urbem ad uespasianū procatu uenere. Ne  
 paucorum insolentia uniuersae plebi adscriberetur.

**V**espasianus traianum ilico ad urbem dirigit. ut exploraret si populus in si  
 diatorum temeritatem auersaretur; At ille conuenientia populi studia  
 seniorum proibus adnuntians. fidei legationi accumulauit; Ita petentibus  
 uena data. maxime quia sollicitum regem pro totius urbis statu uespasianū  
 inuuebatur.

eius fide interposita nihil tale ausuros postea. delicti gratiam uolens cessit;  
**I**ude taricheas sollicito atque instructo agmine petit. eo quod plurimum  
 ad ipsam urbem prope munitionem loci confluerat multitudinis; & quia  
 muro eam uallauerat ioseppus. nisi quae pedestribus in uia gennesaru lacus  
 fluctibus adlueratur; Ideo nauigis congregatis. anceps bellum fremere  
 bat. si terrenum inclinaret aduersum se proelium. ad naues confugerent. si na  
 ualicer tamine cederent. urbem reuicerent. murisque sese ambientibus defen  
 sarent; Consimilia utrobique prosidia uel in urbe tiberiade uel taricheis. sed  
 taricheis proditiora ingenia; Murus ualidior tiberiade. sed taricheorum furor  
 promptior. ut sine cesse gressu miscerent omnia naualia terrenis certamina



terrena classis;

Denique circumuallati aduersa acie cum maiora uiderent uiribus. nec aduersus  
romane dispositionis moderamina. ueterani quoque exercitus uirtute que  
quam temeritas promoueret & priusquam aliquid exitu subirent. uersum fugam adna  
ues conuolare; Quibus confectis. tamquam densa acie proeliabantur. ac si  
in terris manures gereretur; In campo etiam multitudo innumerabilis hoste  
praestolabatur; Co cognito filium cum electis equitibus uespasianus direxit; Qui  
ubi se ingentibus circumfusum copis uidit. ad patrem quidem retulit maiorem  
esse hostium multitudinem quam opinio comprehenderat. sed conuocatis quos  
secum deduxerat. bellandi uentum huiusmodi alloquium infudit;

020 thm.

Uiri inquit romani. meminisse enim uiri uos nominis & generis procliaturos  
dece & quorum manus nemo effugit qui in orbe romano est Unde enim hoc nom  
uniuersis terris. nisi uincendo dedistis. meminisse & iam loci oportet in quo nunc  
sitis & aduersum quos romani bellum gerat. In extrema enim parte orbis ter  
rarum consistimus. Tanta ergo terrarum spatia transeuntes. nihil alienum  
uidistis; Quid enim uobis alienum. quorum in possessione orbis terrarum est.  
qui quid ubique est. ius uris est. Qui quid uniuersorum incolatus tenet. posses  
sio uris est; Currebatis bene. quis statuit uros orbe toto currentes triumphos.  
quos non astrubal poenus. non pyrrius acides. non brennus <sup>gallicus rex</sup> capitolinis uesti  
bulis incumbens. non psarum caeterue. non aegyptiae falanges statuere potu  
erunt. hos statuit rebellis iudea. in crudita proferens bellandi temeritate. rix  
quam pugne aptior; Neque tamen est quod uereor. sed plenum uerecundiae ar  
bitror. quod uos uincendo defecagimini. illi autem quoties uincuntur. audaciam  
sumpsere. & lassari uos rebus secundis. cum illi aduersis duriores sis;

Attollite igitur animos romani uiri. & aduersus caeteras hostium freta patria  
uirtute exurgite; Neque uos numerus moueat plebis iudeae. cum illo scot.



nræ uirtutis insignia non deterrant. quæ longe numero ualidiora sunt; Neque enim ulla in hebreis uel re militari scientia. uel proeliandi peritia. uel moderandi gratia. Nullus disciplinae usus. nulla tolerandi patientia. solum in proelia defer moras contemptum; Sed nemo unquam moriendo uicit hostem. sed perimendo;

Illi nesciunt arma nisi in bello. Nos in pace armis exercemur. ut in bello casus belli dubios non sentiamus; In sæcis enim euentus dubii. ueteranis sollemnis triumphus. quidem agimus cotidie. nisi uenobis uoua nūm quæ proelia sint. Unus quisque domi quasi in proelio exercetur. ut in proelio meditatio quaedam certaminis sit; Denique non errauerit quisquam adserens quod meditationes nræ bella sine sanguine sint. bella nræ meditationes sint;

Progredimur in bellum munita undique; tegitur galea caput. lorica pectus. totumque clipeo corpus; ubi feriat hostis romanum militem repperire non potest. quem ferro septum circumspicit; alia talia arma onerisunt. nobis integumento quia usu leuantur; Aduersus inermes igitur ac nudos proelium nobis est; An uero metumus. ne numero circumueniamur. primum liber in proelium equitatus est cecidendo. atque insequendo bellum pludit. Et quauis maximas acies circumcursat. & quibus libitum fuerit spatium excedit. Deinde in ipso pedestri certamine non tam plurium numerus conficit pugnam. quam uirtus paucorum; Multitudo enim discipline insolens ipsa sibi est impedimento in prosperis aduictoria. in aduersis ad fugam. Uirtus uero patiens & secundis ualescit. nec usque ad finem labitur in aduersis.

Accedit illud quod ad suetudinem uictoriarum. incitauimus nobis sic proeliandi; Nam & si illi pro patria pro liberis dimicant. Non ideo promptiores eos esse quam nos oportet; Neque enim minus est immo haud scio. ad uiam amplius pro nobis quam pro nobis decernere; Pro nobis proeliamur. cum proeliamur pro gloria. ne minores simus eo quod sumus. Quis ergo dubitet plus esse pro gloria decernere



quam p̄ salute. Nobis autem bellum hoc p̄ existimationis periculo est. ne uis  
partum intercidat; Periditatur & iā uicto res gentium & principes or-  
bis terrarum iudeis pares uideri. quos exaequo nobis in aduersarios constituim.  
si non aliter nisi pari numero congregiamur; Maiores n̄rī magnas hostium  
copias parua manu frequenter fuderunt; Et quid nobis conferunt cotidiana  
exercitia. quid diuēnus labor. si pares ad proelium uenimus. Nuntia uimus  
quidem de numero patri. quia non licebat aliud. sed ad uertat nos non deperi-  
culo timuisse. sed reuerentiam belli arbitro reseruauisse; licet p̄ libare bellū.  
tenere hostem. rapere uictoriā. dum ad iumenta ueniunt. Non tam supera-  
tos aduersarios communi robore. quam proceltos nos uirtute sua iactent qui  
uenerint;

**Q**uo igitur ore in conspectum patris uenimus. si incipere bellum timuerim. quo pu-  
dore degener filius subibo oculos tanti uiri. qui nesciat militem suū nisi uictorem  
uidere. quomodo eius me filium probabo. cum ille semper triumphator. ego & iam  
meo quod grauius est uictus iudicio. qui hosti iudeo cesserim. quid uobis si & con-  
demnato duce. quem uobis pater securus commiserit. sed malos de uirtute du-  
cis quam de igna uia causas dicere;

**P**roruamus igitur in aduersarios. p̄peremus. p̄ueniamus hostem; Primum in peri-  
culum occurrā. uos sequimini. ut depositum patris custodiat. & commissum  
patris reseruet; Ego autē non periculi socios exigo. sed consortes uictoriae;  
Uos tamen caueate. ne oblata uobis palma triumphu. alius reseruasit. uide-  
amini uobis eripuisse; Certe si secus cesserit. malome filium pater in uuln-  
eribus meis recognoscit. si in militibus suis non recognouerit; Non amicum  
offendi patrem proelu adgressione; Quid igitur tolerabilius. praer-  
ripuisse uictoriā. an deseruisse. in p̄ripiendo. p̄peratio fortitudinis est. in  
deserendo. culpa ignaue;



Condemna certe uictores pater; reatum huiusmodi non reformido; Malore uisee triumphante re publica quam laesa innoxius; Utinam manlii torquati filium ad in solo nihil liceat imitari periculo quem securi pater feriri iussit quod contra imperium patris exercitum in hostem perduxerat; Stabachostibus caesis adulescens amictus ad oreis triumphalibus sub carnificem mortis securus. quoniam beatissimum putabat in uictoria mori;

Quidem inlustrius quam uitam triumpho claudere nec ad incerta rerum re seruari post certam uictoriam. o expectandum prudentibus crimen uictoriae; utinam & nobis hoc obiciatur quod uicerimus; Certe exemplo illo solus ego periclitabor. uos triumphabit; & tamen non prohibuit pater nos pugnare sed iussit quos ad pugnam direxit; Unde magis indignaturum arbitror. cessisse nos iudaeis cum possemus uincere. quam pugnauisse;

Haec dicens primus equum in hostem egit. & clamore magno secuti ceteri toto campo extendebantur. quod & iam plures aestimabantur; Traianus quoque cum trecentis equitibus missus a uespasiano. iam progredientem toto superuenit; Nec diutius resistere potuerunt iudaei. cum uirorum conas & fremitu equorum perturbarentur; Conuersi itaque in diuersa alii plerique urbem petebant; Cuius a titus & alios attergo fugientes opprimit. alios caedit palantes. uniuersos per uerborum animum repellit. & obuios recurrentibus fugam interdicit. Rursum tamen dum alii sternuntur. elapsi alii quibus urbs refugio erat; Sed illic quoque acrius proelium; Nam qui de locis finitimis adfluxerant a principio pacem proferebant. sed populus superueniens inuitas bellandi studia exortat. unde intra urbem dissensio & tumultus grauis; Quo strepitu exercitus se conuertit ad milites titus; Hoc inquit est tempus sanctissimi commilitones quod expectabam; inter se hostes intra urbem tumultus ferunt; foris ceduntur. intus digladiantur; festinemus itaque dum adhuc



dissident. Ne forte periculi metu in gratiam redeant; Itaque ascendit equum  
quod exilierat muris proximus & conuersus ad lacum p̄ fluctus aquarū urbem  
petebat. Primusque in urbem intruit & post eum ceteri. Statimque om̄s qui in  
terruiserant dis̄si in fugam. alii prosternebantur. alii ascendentes nauigia  
in lacum demergebantur. caesi intus multi mortales; Sane quidē agriserat̄  
offerebant sese romanis. alienosculpae adserentes; quibus pio moderamine  
uitae parcendum putabat. solo surgens auctores rebellionis; Misit etiam  
ad patrem equitem qui nuntiar̄ & euentū uictoriae. Quod delectatus uespasi  
anus & maxime filius triumpho. qui maximam partem totius belli con  
fecerat. quod aduersus iudeam gerebatur. eo contendit. & iussit obseruari urbem  
diligentius ne quis elaberetur. eo quod uniuersi poene deberentur. Alio tam  
die propter eos qui in scaphas sese contulerant. rates fieri iussit; Quae sine mora  
factae. qm̄ & siluae finitimaq; & operari plerique celerandi muneris faculta  
tem dedere; Namque lacus ipsius uelut quodā maris ambitu sinus amplissi  
mus in longitudinē c. xl extenditur. latitudine xl diffunditur  
crispantibus aquis auram de se ipso sibi excitans. Unde & generat̄ dicitur  
greco uocabulo. quasi generans sibi auram. aqua dulcis & ad potandum  
habilis; si quidem nec palustris uliginis crassa. nec aliquā aut turbidum reci  
pit. quia harenoso undique litore circumuenitur. & temperatior est flu  
uiali aut fontis rigore. frigidior. tamen placide paludis aequore. eo ipso  
quod non in stagni morem sternitur aqua. sed p̄ diffusiora spatia lacus  
frequentius auris spirantibus agitatur; Unde & purior. haustus eius  
ac mollior est ad usum bibendi. & si qui naturali gratiae studium  
adiungere uelit. ut aestiuis suspensam ad auras noctibus more incolarū  
potui parat. haudquaquam annuisritu distare arbitretur; Genera quoque  
piscium gustatu & specie. quam in alio lacu prestantiora; Res exigere ui.

de signis generat̄



detur: ut iordanis ortum quem alibi promissimus aperiamus; Nam superioris  
 a cui dubio: utrum de lacu gennesar flumen cui nomen iordanis exoriretur  
 philippus tetrarches traconitidis regionis falsam opinionem redarguit: er-  
 roremque absoluit: mittens paleas in fila: quas in panio fluuius ebullit; un-  
 de liquet: non exordium esse iordanis in panio: sed fluentum; Non enim ibi fons  
 eius est: ut ab eo caeterorum usus fluminum cooperit: sed de fiala eodem subterraneis  
 deriuatur: meatibus: ibi iterum quasi fons scaturrit: atque emergens proditur; Est  
 autem fiala in traconitide terra: cxx interiacentibus stadiis usque ad urbem  
 caesarem; Fiala uero nomen species dedit: quasi rotae qualitatem exprimens:  
 quod ita iugiter plena est aquarum: ut neque superfluant: nec rursus aliqua de-  
 riuari minutione intellegantur; Inferius itaque mensura quadam labitur aquae  
 & ubi panium est rursus ebullit: ut paleis resurgentibus manifestatum est; Ita ior-  
 danes resurrexisse proditus est: ubi nasei a superioris temporis uiris aestimabatur;  
**N**ectamen a principio eadem panii nisi sola naturalis gratia: sed regali agrippae  
 munificentia ornatus loco uberior splendidior: que additus: quo spelem decore  
 admirabili pro quod sese attollit iordanis: ex utrumque uenustatumque accepim;  
 Unde non latentiam neque abdito procauatare meatu: sed uisibili pro terras  
 atque a pro flumine incipiens se superfundere: semel choniti lacum paludesque  
 eius intersecat: Inde quoque cursus suos dirigens: cxx stadia sine ulla inter-  
 fusione progreditur: usque ad urbem cui uulgas nomen: postea lacum istum qui  
 gennesar dicitur: medio transit fluente: quibus ex locis plurima circum  
 uagatus deserta: asphaltio suscipitur lacu: atque in eum conditur; Itaque duos  
 lacus uictor egressus: intertio heret;

**P**raetendit autem regio gennesar eiusdem nominis lacum: de quo & ipsa uocabu-  
 lum sumpsit: mirabili naturae gratia & specie pulchritudinis; Nam &  
 spontaneos fructus soli ubertas ministrat: & memorum ferax in uniuersa

Jordanis



genera sponte se subrigit arborum pomiferarum & culturae sollertia imitata naturam in quos uoluit usus opime fecunditatis deflexit gratiam ut nihil sit illic quod natura negauerit. nihil quod cultura preterierit ita et aptis omnibus nec ullis umquam alienis fructibus cuius tanta temperies ut omnium nascentium conueniat diuersitatis; Illic & quae frigore aluntur sese multipliciter effundunt & quae aestu fouentur; illic aestua hibernis mixta simul aspicias arctos nucas & dactilos nisi locis feruentioribus generari nescios; Quid ficus aut oleas loquar quas caeli mollior alit tractus. nec tamen aequantur illis superioribus; Illic enim principales palestinae & quidam domestici fructus eoque uberiores his supparet & licet longo interuallo sed tamen proximis dicas naturae & temporum iucunda contentione. Illa quasi mater fecunda omnia creat. horum temperies quasi bona nutrix molli focu uniuersa educat; Itaque non solum adfectam generantur pomorum diuersitates sed etiam conseruantur ut aliqua genera maximam parte anni non deficiant. reliqua omnia tota anni aetate usque ad finem subsint; Nam & uuae & ficus quae sunt in insitiuis regalis cuiusdam gratiae decem mensibus sine defectu redundant & reliqui fructus ramorum quos uel uolentia rura sponte propria percreauerint uel in generauerit industria humana ministerium suum nisi nouis succedentibus usu quodam administrantium deserere non norunt;

**A**d hanc naturae fertilitatem & aeris temperiem accedit & fontis gratia qui memoratam regionem genitali quadam inrigat infusione. Casarnaui nomen est quam nili fluminis uenam haud superfluo quidam aestimauerunt. non solum quia inriguis arua opimat. uerum etiam quia huiusmodi creat piscem ut coracinum putet qui in alexandrino lacu ex nili infusione reperitur; Locus quoque de nomine lacus dicitur praetendit in longitudinem xxx stadiis in latitudinem xx;



Quidenatura loci diximus: ad consumationem proelii regrediamur; Praepara-  
 tis itaque ratibus secundum praecipuum suum manum militarem inposuit uespasia-  
 nus: quae insectaretur eos quinavigiorum effugio pestem euaserant; Quidigi-  
 tur facerent non repperiebant; Nullus interris salutaris locus circumfusa  
 hoste omnia nullam inquis fugiendi potestas: utpote lacu clauso. & undique  
 romanis circumdato; Nulla etiam in exiguis inoparionibus resistendi fi-  
 ducia; Quidenim pauci aduersum plurimos facerent ratibus adpropinquan-  
 tibus: tardior quidem harum ad pulsus & efficacior excursus nauigio-  
 rum: sed sine ullo sui uulnere: soli clipeorum repulsis spiculis crepitus  
 audiebantur; adpropinquare non audebant iudei: Nec in pueris quisquam  
 scifa propius accesserat: cum de proximo facile uel telorum figeretur  
 icibus: uel ratibus demergeretur; Et si qui enare uel emergere tempta-  
 uissent: sagittae iaculo insertis miserabilem in fluctibus uitam deponerent;  
 Nec diutius resistere potuerunt: cum diuerso genere minuerentur; Namque  
 paulatim concurrentibus plurimis ratibus aditora cogebant romani  
 maximum numerum nauigiorum: atque illico artati aut interram desilie-  
 bant: ibique a romanis interficiebantur: aut cedebantur ab his quid era-  
 tibus surgebant: aut concursu ratium perirebantur: aut ipsi se in lacum deici-  
 ebant: cum in scafas eorum hostis insilerent; cerneret mixtas sanguine aquas  
 plenum cadauerum lacum; Nulli enim parcebatur: quicumque occurre-  
 rat; Grauis odor: teterrimus factor locorum; vi. milia iudaeorum cum su-  
 perioribus tamen & septingenti eo interempti proelio; Victor uespa-  
 sianus taricheas reuertit; Illic regionis populum ab urbano discerne-  
 re parabat: ut qui non fuerant auctores seditionis reseruaarentur;  
 Sed plurimorum consilio: qui tantam superesse multitudinem  
 quae possent recidua proelia resuscitare pacia aduersum & inutile.



locis arbitrantur. Ubi enim consisterent patria occussi quibus se ali-  
monus sustentarent ex sortibus omnium nisi rapti uiuerent. sententiam  
flexit. & sperata uenia mortis precepit ut egredierentur ea porta quae  
est in regione taberiadis. atque ad eam urbem contenderent; facile credi-  
derunt quod exoptabant; Coepere egredi; sed pro occupato itinere omnia  
commemantia iudaeorum clausere agmina. atque in urbis stadium intro-  
duxere;

**I**ngressus quoque uespasianus spectata aetate uel robore omnium quos sibi  
statui preceperat. elegit sex milia iuuenum ualidiorum. quos neroni in ischom-  
num direxit.

**S**enes autem & inualidos mille & ducentos iussit necari. Reliquorum triginta  
milia quadringentos uendidit. Uniuersos autem quicumque de paratibus reg-  
ni agrippae reptis sunt regi donauit. Quos aequae regis acceptio pro inter-  
uitatis obsequia transcripsit.

**P**raeterea populus alius trachonitidis & gaulanitidis regionis. & ioppeni-  
& gadaritae tamquam belli excitores & perturbatores concordiae. deserentes  
propria incurstantes aliena. qui sumptis armis pacem uiolassent. iustas  
& debitas pro flagitiorum meritis poenas dedere; **EXPLICIT LIBER III**  
**INCIPIT LIBER QUARTUS.**

**E**x tunc taricheis maxima parte romani galileis urbibus ac finibus  
potiebantur. nisi quod gaulanitidis regionis urbs gamala contu-  
macis populi aiebat super locis iuxta asperioribus; Namque ea in mon-  
te est sita. dextra leuaque circumcirca rupibus ad summum arctatur. a fron-  
te absconditur. profundo hiatus in posteriora aliquantum diffunditur. Ab ea  
quoque parte angusto difficili que accessu. ut eade simile iter iudices  
ad urbem meantibus. a summo uertice collum in mensum extendens.



ut artem tamquam caput p̄ferat. atque in sublimem erigat altitudinem. exilis  
 a principio. & tamquam sinuato diuosis anfractibus solo. atque in profundum  
 demerso. dein quasi <sup>dente</sup> tenentem quendam ceruicis medio attollens. cetera pre  
 rupta atque inuia; Unde plerique a superioribus camelam uocitatem putant.  
 quod formam camelae p̄ferat. Sed corrupto incolarum usu. gamale nomen  
 urbi inhosisse.

Camelani

**I**am si contexta aedificia spectes. suspensam urbem arbitrere. & maxime  
 septentrionalia eius pendere existimes. reflexa paulisper meridiana;  
**A**ddiderat huic quoque urbi munitiones ioseppus. quibus freti & confluentis  
 eo multitudinis numero. regis agrippae p̄ septem menses obsidionem luse  
 rant; Nam & ipsa & sotemis. & seleucia. regni eius portiones erant; Seleucia  
 iuxta amoenissimum illud & celebre p̄siria dasnes nemus. ex parassisar  
 boribus in textum. scatenis fontibus. quibus p̄ter meanti fluuiolo loci quem  
 minorem iordanem uocant nutrimenta quaedam lacteis uberibus infun  
 dit; Catamen ciuitas. & sotanis. superior gaulanitis portio. inferior  
 gamalis; unde & studis dissonantibus illa societatem romanam elegerat.  
 haec rebellabat adeo p̄tinaciter. ut cum rex propior muris alloquicos  
 uelle. & fundae iaculo sauciaretur; Cuius iniuria romani accensi uehe  
 mentius incubuere obsidioni. Conflictumque promptissime a parte  
 utraque. q̄m a iudeis quoque qui regem p̄prium uiolauissent utilia suadente  
 sine ulla uenia. futuros aestimantibus si uincerentur. totis uiribus decer  
 batur.

portiones

ciparissis

**A**grippa itaque saxo dexteram percussus cubitum. bello excessit. romani ur  
 bem intrupere; Cessit enim hostis missilibus. murus arietibus; Nam & illi qui  
 in machinas impediabant. nequaquam diutius resistere potuerunt. Et mu  
 rus trino ariete conuulsus. p̄uium obsidentibus in obsessos iter prebuit;





sed caeres festinationis impatientia non mediocrem uictoribus cladem inuex;  
Namque ubi sese infudere domicilium dump scrutantur uel preceptu ire  
spolia contendunt cedenti ad omnia angusta ponderi nutantibus funda  
mentis ruinam traxere & proxima queque proximis illis excidio erant;

*femineas*  
Multi romanorum illis in uoluta casibus in uictoria pestem incidere ple  
rique piacientes se lapsis aedibus occupabantur alii lacero corpore  
uix femineas eruebantur. Plerosque puluis necabat caedebantur an  
gustus artati; Desuper quoque mulieres & inualidi senes & quidei uiori  
bus refugerant saxa in subditos deiciebant uel quaecumque generaxe  
lorum occurrerant; Caligo infuderat omnia prospectum eripuerat men  
tem confuderat; Ignorantia quoque exitum non repperiebant; Uix itaque  
subtrahentes se periculis urbe excessere;

Uespasianus interea dum uirgu & hostem in interiora urbis concesserat me  
diusque inter agmina circumfusis hostium bellum accendebat; Neque  
enim terga hosti dare tantum conueniebat uirum neque tutum putabat.  
In firriam direxerat filium tutum excitauit nota uir tutis conscientia  
& sese in arma colligens conseratis clipeis cum paucis quos presentes habebat  
in perterritis stetit quasi in quos sese excuteret & considerans; cuius impe  
tum reformidantes iudaei minore ui insistere coeperunt & metuentes  
sibi quisque laxare aciem; Ita uespasianus hosti aduersus paulatim gradu  
retulit proeliantibus magis similis quam cedentibus;

*experientia*  
*Decenturione*  
Illic decem primus cecidit ebucius multis ante bellis probatus & aduersum  
iudaeos nota uir experientiae & ualide fortitudinis; Centurio quoque  
cum alius decem firris rem egregiam fecit ac memorabilem; Nam in ipso  
tumultu cum romanos urgeri cerneret in abdita cuiusdam domus sese  
contulit atque ibi inter cenandum cum iudaei conloquerentur quaero



manis machinati forent. nocte intempesta omnes interfecit. & cum militibus romano sese exercitui representavit;

Vespasianus aut ubi mestum exercitum aduertit. plurimorum amissione. & maxime deserti ducis pudore quod cum solum intra urbem hostium dereliquissent. cum summa eos gratia consolabatur. dicens; Si mei fors pericula uerecundie uobis est. nec ego sic ad bellum processeram. ut declinare pericula sed usurparem. Si uero quia & denris plerique interfecit. Nequa quam mirandum. Quando enim uictoria ulla sine sanguine est. Habent proelia suos euentus. & si spectata uirtus p̄minere soleat in bello. sol & tam aliquot licere casibus. Sed prudentis est. in aduersis lapsum corrigere. in prosperis moderationem tenere. Contra aut rudis cuiusdam atque ineruditi ingenii. secundos semper successus praesumere. quasi non aduersum uiros certamen sit. Infirmi aut. lapsu aliquo summe rei diffidere. cum exiguis momentis subito indinentur. omnia quae in bello geruntur. Itaque ille praestantissimus qui inter aduersa sobrius conluctatur casibus. & supplantat superiorem. seque reparare & corrigere pprias quaerit plapisiones. At uero incuriosior suis sepe motibus cadit. Et dum intruit incautus. impetu suo fusus percumbit;

Qualiter uespasianus mestos animos romae pmissione plurimos & p̄su desertione fuerat consolatus ad vespasianus

10

plaprio

Quod si hoc sepe accidit ubi nuda uirtus. quanto magis in bello. ubi diuersi generis conserata decernunt agmina. nec unum consilium nec consors sententiae est locus aduersus difficiles asperitates iniqua in angusto decernendi conditio. plurimis aduersum paucos. cum & ipsa multitudo sibi honoris sit. & pauci in pluribus minus frustrentur. Sed haec ad momentu sepe obrepunt. quae non ex uirtute ueniunt. sed casu accidunt. Unde nihil est quod duos angere debeat commilitones. quia non p̄ infirmitatem aliquam manus urae. neque p̄ fortitudinem iudaeorum uerse res. sed dif-



ficultas locorum nobis ad uictoriam impedimento fuit. Illis ad differen-  
dum more; neque quicquam est quod argui possit. nisi inconsultus impe-  
tus atque inconditus; Ceterum dum ad superiora urbis illos secuti fuistis  
atque inruistis in domos eorum. ipsi uos periculis implicauistis. quorum  
suscepistis hospitia. suscepistis pericula. Tenebatis urbem. qui suos coegit  
introrsum pergere. descendere ad uos hostis debuit. Non uos intempe-  
ranter ad uictoria in memores uitae ac salutis contendere;

**R**eparate igitur animos. & de uirtutibus uris non solum consolationem. sed  
etiam quod amplius est uindictam presumite; Ne certe habeatis primum  
pugnae; estote parati animis; pericula uos fortiores fecerunt. non timidi-  
ores; facile est iniuriam soluere. si uirtus se recognoscat;

**H**is dictis. accendit militum fortitudinem. Quibus reparantibus uallum.  
plerique praerupta subtraxere se obsidioni; Nam iam & alimoniae inopia  
incessabat. & in <sup>fracta</sup> tractu muri celsura machinis arbitrabantur; Unus de  
inde fons intra urbem. & ipse muris proximus erat. Quae res eos in summo  
timore posuit. ut frequentissimi dilaberentur. Qui uero permanendum  
putarunt. pernaciter proeliabantur. Interea romani turrem altissi-  
mam suffodientes. uel maximam subruerunt. Quo casu concussa ciuitas.  
per turbata omnis. totius urbis pauentes ruinas; unde & chares aeger cor-  
pore. tantu terrore sonitus exanimatus mortem impleuit;

**R**omani tamen pate facta urbe ingressu abstinuere. donec tuis regres-  
sus. & dolore paterni periculi excitus. cum paucis in urbem inruuit. &  
maximam iudaeis eladem inuexit. Tamen qui in superioribus erant saxa  
uoluentes. accessum prohibebant romanos. spiculator quebant. sagittas  
iaculabantur; a iudeis impulsam facile in pronum saxa de uoluebantur.  
missilia perueniebant. descendebant sagittae. non sine eorum periculo quos.



offenderant Romanis aduersum aeditiora montis iactus inefficax. co-  
 natus irritus. atque ipsis periculosus; cum subito orta uenti procella iude-  
 orum retorquebat sagittas. repellere spicula. Quae uero romanus exer-  
 citus iaculabatur. in hostem ferebat. Ita elementorum ipsorum repagu-  
 lis & uentorum turbinibus oppressi. supremo excidio captae urbis sum-  
 uer si quicumque illic reperiunt interiere; Quattuor tamen milia a romanis  
 interfecta. quinque milia praecipio perisse accepimus; nulli aequa uenia data;  
 Gischala adhuc sola de partibus galilaeae in se hostem non conuerterat. qm  
 incolarum eius quietiora ingenia utpote plebis agrestis contenta suis fruc-  
 tibus. nihil bellum ferebant. sed multorum coalitu. qui latrocinio uitam  
 exercebant suam. & iam inuiciorum studia prauis moribus corrumpen-  
 bantur; Erat praeterea uir leuis iohannes nomine. indigena. populi lues  
 dolis nulli uersutorum secundus. improbitate parem nescius. cui nunquam  
 defuerit nocendi affectus. Aliquando tamen fuerit inopia exercebat ini-  
 quitatis impedimentum. Quid tamen de finia. haud liquidoscio. utrum cum  
 indigentia exerceat an represserit; doli callidus. fallendi arastrodolus.  
 mendacis fidem querere. & credulitatem compositis ad sciscere. qui fal-  
 laciam uiracem putat. & elegantiam ducit. & carissimos circueunire.  
 Promptus ad conspirandum. uehemens ad audendum. acer ad efficiendum.  
 conturbator in otio. desertor in periculo. ad suetus latrocinis. bellorum  
 insolens. quaecumque persequi nequit. seret. & tamen parandae causa. domi-  
 nationis;

Huic igitur animus inquietus. prompta audacia. quam processus alebant  
 opesque ad consociandam perditorum manu. Unde cum eius factione memo-  
 ratae urbis populum excitari ad bellum uespasianus comperisset. Ne  
 totum exercitum defatigaret. filium titum cum mille equitibus direxit.

100

Coatru

De iohanne  
cuidam nequa



Quibus comitatus. ad urbem adpropinquauit. Sed ubi muros populo  
uidit repletos. mirari ait quod eorum exemplū sequerentur ad rebd  
landum. quorum excidio resipiscere debuissent. esto tamen ut prima  
temptamenta habuerint aliquid presumptionis. quid uerborū exi  
tia spei ferrent. Ueniabilis certe fuerit in principio spes libertatis.  
inexorabilis tamen est in ultimis & desperatis rebus perseuerantia. Nā  
quinon exemplo humanitatis. non sedulo uerborum monitu flec  
tuntur. aduersum eos non uerba sed arma necessaria sunt; Muris  
fidit. quasi aduersum romanorū uirtutem ullos preterint; quid  
aliud possunt clausi pretere circumfessi pretendere. nisi quod in cap  
uitate audaces sint.

**N**emini erat loquendi potestas; occupauerat omnem murorū ambitū  
praedatoria manus. Cauebat iohannes. ne quis conloquio familia  
ri romanos inuitaret. Itaque ipse precepit sermonis relationem.  
dicens libenter se tractatum suscipere de rebus communibus. nec ex  
periendus sum declinare. si forte ipse utilia sua deat. auctis quae referun  
tur ad quiescendum sit. sed prohiberi se lege patria. cum super sit ebdoma  
dis sacrae dies tractare de pacis conditionibus. Siquidem ut mouere  
arma interdictum. ita & iam illicitum consulere de pace feriatis diebus.  
Ctenim de negotio uerbis saltem decernere. & illis sacri legū qui cogere  
rentur. nec illis inultum qui cogere. ueniam se unius diei postere. dila  
tionem tam exiguam. nequaquam impedimento futuram. Neque eni  
circumfuso hoste effugium clausis liberum. offerri sibi arbitria pacis.  
tam aequabili optione formidinem obesse. urgeri se interim non por  
tere ad pacis consulta. quibus religio esset & legem patriam praerica  
ri. conuenire aut tam liberali pacis oblationi. ut qui preter spem offe



rat sponde pacem. ne quis periclitetur. euasuris & iam leges suas reseruet,  
 Hacc sine dolo titus allegata arbitratus. receptum cecinit. & reuocauit amu-  
 ris quos secum deduxerat. Ita iohannes fugiendi adeptus copiam. nocte  
 in tempesta cum plerisque abscessit; Sequebantur & iam mulieres & pueri  
 centum; Sed quo ulterius progrediebantur uiri. coplures mulieres uel  
 paruuli relinquebantur. Deserteque a suis spectabant pauide uiam  
 femine. Et cum iam uiros proprios e conspectu amitterent. hostem ad esse  
 arbitrabantur. ad omnem trementes sonum; Siquis curreret & mise-  
 re conuerterebantur. sese peti. sibi catenas inicitrepidantes. quasi iam p-  
 sentes essent qui timebantur; Titus iuxta conuentum iam sole infuso.  
 ad urbem cum exercitu contendit.

aperiuntur portae. egreditur populus cum exultatione. & romanos  
 cum laetitia suscepit & <sup>alacritate</sup> exultatione. abisse gaudens pestilentem uirum  
 fugisse per noctem. sibi liberi iudicii facultatem datam. orare se uenia-  
 ne fraudi sibi esse & eius fuga. quem tenere sine sui exitio non possent;  
 Ille dilationem uindictae consolatus. consummat negotii celeritate. ad co-  
 prendendum iohannem plurimos misit. si forte cum consequerentur;  
 Ipse urbem ingressus. minus magis quam supplicis adfecisse. pacis per-  
 turbatores. remisit omnibus. ne quis uel odio uel domesticis excitatus  
 negotiis. innocios in uindictam deducere. & grauissimi criminis  
 passura atrocitate. cum multo tolerabilius sit. idcirco. certum est.  
 formidini participis conscientiae derelinquere. quam condemnare  
 innoxium; Sepe enim reum corrigit metus. poena autem inno-  
 cis sine ulla remedio correctionis est;

Iohannes itaque non est repertus ab his quos direxerat titus. sed re-  
 perit qui sequebantur eum paruuli uel mulieres ad duo milia fere.



interfecti. tria milia autem infirme adatas & sexus ubi satias necandi facta  
captiuitati ad iudicata sunt;

## DE GALILEA

Custodiam militarem ciuitati impertit; Itaque galilea omnis in potes-  
tatem romanam deducta; Nam & tabirus mons cuius altitudo .xxx.  
stadiorum uert & autem ipse campestris uiginti & tribus sta-  
diis iacent. penuria aque ab alus desertis. ab alus orata uenia romanis  
traditus. licet uirtute quoque & industria placidi cui id negotii  
auespe siano commissum fuerat. omni conuenarum turbatum  
cedentem sequitur. & arte reuocantem gradum perurgit & campime-  
dio circumfusa. refugium amisit. pestem inuenit;

## + DE HIERSO LIMAE GESTIS

Hactenus circumuagari licuerit. dum templi sancti a maioribus conditi  
& sacrae legis contagia refugientes circa alias urbes stilum occupamus.  
+ sed iam tempus est ut quae hierosolimis gestasunt ad oriamur. Non in-  
genio freta sed ne patriae legi ueterique cultui & idoloris uideamus  
negare ministerium; fuerit licet in illis umbra non ueritas. sed tam  
umbra designat ueritatis uestigia; Habet enim umbra piturae lini-  
amenta. fulgorem non habet. nec ad summam profecta est manus. sed  
diligenter intuentibus futura exprimit. Et id cominus delectat <sup>figura</sup> futu-  
ra. plus allicet gratia. Unde placuit rerum arbitro abolere uetera.  
noua condere. ut ueritatem sequerentur qui pangustias infidelitatis  
imagines sequebantur;

Fugiens ut supra diximus de galileae partibus iohannes ad hierosoli-  
mitanam urbem se contulit. & quasi quaedam pestis infecit animos  
complurium. qui ex diuersis regionibus principes flagitiorum  
eo quasi in sentinam confluxerant; Hoc enim illi urbi maioris causa  
exitu fuit. quia quod sceleribus suis deferebant perditu ut eo conueni-



rent. plerique ubi uel tiores se fore crederent. uel insolentiores ad flagi-  
tia coacerbanda. fidei deferre aestimabantur;

**R**ecipiebantur itaque passim. quasi pro templi amore defensum uenirent.  
Haec prima labes malorum. hinc oppressa est paucorum mansuetudo.  
per plurimorum insolentiam. hinc itum in caedes. cum minus parceret  
alienus. hinc conspiratum ut legis sollemnia neglegerentur. sacer-  
dota ab onis ad improbos deriuarentur; Quod hominibus non solum  
apio cultu. sed ab ipsa legis cognitione peregrinis quid sem esset ignora-  
batur; Uinctisum primo regalis generis uiri qui resistebant. quo ceteri  
metu cederent. deinde necati. Quos flagitium uelaretur. quos sine iudi-  
cio peremerant. missis in carcerem sicarius eosdem ad ficto crimine p-  
ditionis interemptos ementiebantur;

**P**erterriti itaque uniuersi metu. quod homines potentes atque innoxii  
antipal. lebias & foras tam facile oppressi forent. nec iam audebant re-  
sistere; Hinc eo processum. ut ignobiles atque indignos substituere  
sacerdotum principes. ut quibus nulla merendi honoris gratia suf-  
fragabatur. hi contra meritum suum adepti sacerdotia. ad omne nefas  
conferentur arbitrio subicerentur; sed cum obuiarent sacerdotales  
uiri & maxime ananus ceteris senior. ne per gratiam donaretur summi  
nominis praerogatiua. sortito creari principem sacerdotum expectant  
in quo nihil gratiae sed diuino iudicio committi. sortis euentus aesti-  
maretur; Et reuera praetendebant ueterem consuetudinem. qua  
substituendos in sacerdoti principatum mos erat ad sortem uocari.  
Cuidenter autem solutionem legis operabantur; Cum enim lex sacer-  
dotalis successionis uiros ad sortem legeret. Illi ad speciem de sacerdotia  
libus tribubus unum enachim nomine. presentem statuunt & sorte.

λ



. Agri praecipiant; tunc famis quidam sorte exit filius samuhelis uicanus  
uir. cui non modo per principes sacerdotum ducta successio nulla suppe  
ditare & sed neulla quidem scientia muneris sacerdotalis eo quod ruri  
uacare & ideo quid esset & princeps sacerdotum incognitum habebat.  
Denique adtracto ex agris & reluctanti quasi in scena aliena persona  
inponitur. Induitur quoque saceratū ueteri more amictum uestiū  
docetur in tempore quideum facere oportere & Ita sortis euentu ex  
posita est nequitia seditiosorum. ut ad imperitum & agrestem tan  
ti sacerdoti functio deduceretur. sed illis ludibrio erat circum scrip  
tio ueteris sollemnitatis. sacerdotibus dolori qui hīderet legem  
aperditas flentes in gemescebant.

Ipsa tamen freta pietatis auctoritate & bonorum indignatione  
congregant sese & supra perturbatores inruunt; At illi cum & cau  
sae & numero diffiderent. ad templum quasi in arcem confugientes  
uelut castrum quoddam sibi constituerunt ad repellendam inru  
entis populi multitudinem. Ac primo ante fores templi atque in  
ipso uestibulo siti aduersum populum prodiabantur; Siqui uul  
neratus fuerat. interiora templi petebat. illic sanguinem suum in  
fundens interno limini. & cruenta pauimentis saucius ora deter  
gens ulcera fibreque patenti uulneris uestibus his quas non licet  
illis contingere furtiebantur; bellum erat intra urbem. bellum in  
ter ciues. bellum ante templum; Neque hoc quidem reuerſa latrones  
cum a populo instantius perurgerentur. intra ipsum templū sese  
repperunt. & clausere ilico fores; Quo obiectu. reuocatus est ananus  
Ne uideretur bellum templo inferre. & sacras religionē maiorū  
pertrumpere fores templi. reflexit impetum plebis & sex milia ui.



rorum in portibus constituit. qui munia armis praetenderent  
solicetam adhibentes custodiam; Paulatim tamen emolliuit animū  
ut paci consuleret. eo studio maxime. Ne templū sanguis ciuium con-  
taminaret. suaderet quoque mittendam legationem pacis sequestrā  
ut bellum intestinum deponeretur;

**A**dsciscitur iohannes ad exequendam legationem susceptus fidei-  
uir & affectande potentiae succensus cupiditate; Sacramentum pe-  
titur. non abnuat. nec damnum per uirru pateretur sine gauisio. Quid  
plura. pergit. de pace pauca praemittit. plura subtextit ad belli ince-  
ptuum dicens. nomine pacis bellum inuolutum. latere insidias. pa-  
rauisse ananum romanis urbem tradere. quo sollemnitas ueterum  
dissolueretur. legis abrogarentur praecpta. componens eduerso  
omnī atque inuidiam in principem sacerdotum referens eorū quae  
ipse meditaretur; Callide & iā quos sciebat illorum qui conclusi  
fuerant esse praesules & factionis principes incitabat paratae mor-  
tis formidine. adserens. quod specialiter ipsis ananus exitū compo-  
suisset. uenisse se ut fraudem manifestaret. maturae subsidia quae  
renda. prius quā ab eis poena reposceretur.

**Q**uid plura. pacis mediis bellum accendit. Eliguntur quidam eos ad  
proelium rogant. genus mobile. inquietum. insolens. promptum ad  
discordias. rerum mutationibus laetum. periculi impudum. praecipit  
ad proelium; Itaque sine mora flexi ueniunt. congregantur xx mi-  
lia uirorum. ut pote nullis terrarū cultibus intentā. sed parata latro-  
cinis; Ne latere potuit ananum aduentus idumeorū. denique por-  
tas claudi iubet. nec cum multu ingrederentur. Sed si fieri possit  
ueritatem cognoscere. bello renuntiare;



Oleo iudorum & ydumeos

**A**scendentes itaque sacerdotum principes murum idumeos de turri allo-  
quebantur. maximo sibi esse miraculo. quod tam cito in re tam mendacis.  
causas quas nondum cognouerant armis persequerentur. cum oportu-  
erit eos prius disceptatores esse negotiorum. quam bellorum prodiatores.  
& praeter ceteris merita cognoscere quam arma sumere. & arma aduer-  
sum uiros sui generis sui cultus. suae sollemnitatis. Nullis amplius in-  
rogatum iniurie. quam idumeis. quia ad societatem flagitiorum tam gra-  
uium concitarentur. Quid enim aliud ab his nisi parricidium aduersum  
ciues. sacrilegium aduersum templum deponeretur. non solere diuersa  
inter se studia diuersosque mores conuenire. similitudo enim morum  
facit uoluntatum societatem. & cognata studia sibi necesse nequissimos  
homines. qui latrociniis sumptum. exercebant suum. adrogasse sibi ut idu-  
meos sibi socios arcesserent. tantum abhorrentes ab eorum proposito. a quibus  
rogarentur. ut illi patriae suae bellum intulerint. uos uero obsecrauerint  
quasi alienam urbem defensum uenire.

**N**ihil uobis commune innoxius cum p̄donibus. nihil commune sobrius cum se  
inebriantibus; Utinamque uinice illa hebetetas & non furoris. qui uobis se  
flagitius ingurgitarunt. dissipando proprias successiones diripiunt aliena.  
Et male parata nequius dissipant. deterius effundunt; Nullus rapiendi fi-  
nis. quia nullus ab ligurriendi modus; Ubi se uino infuderint. & impleue-  
runt hebetatis. publicorum. erulant crapulam negotiorum. ut in rogorum  
sanguine inebriantur. & sc̄ae in ludant religioni. quae uobis uenera-  
tionis semper & reuerentiae fuit.

**F**ugite igitur coetus parricidales. & ausus sacrilegos destituite. deserite  
latronum conciliabula. Uocati estis ad consortium sedetis. uenitis ad reme-  
dium patriae;



Uidemus ornatisimum populum quem uenire decuit publico rogatu consilio.  
ut urbi iudaeoru praestantissime quaetotius gentis metropolis habeatur ad  
uersum hostes auxilio fore.

Sed & si nos defuimus petitioni dum pacem speramus & fatigare uos sperere  
nolumus qui excitatoribus belli pacem offerrebamus. uos tamen quasi diuino ar-  
bitrio ueneritis; consulite in medium & exhibete partes utriusque arbitros;  
Quaerite unde coeperint exordia tumultus. qui ceccinerint quiete urbi classicum.  
qui effuderint praestantissimoru ciuium sanguinem. quibus auctoribus poesi a caeta  
deinde mna sit. qui nobis ante romanos exiatio fuerint; Ad uersum illos bellu para-  
bamus. & hos iam hostes patiebamur;

Quorum igitur cum romanis suspecta gratia eorum qui romanos uindicant. an eoru  
qui romanos repellunt. grauiora haec certe nobis qua romanoru proelia;

Ab illis enim pro libertate morimur. ab istis quasi scelere iugulamur;

Simulantur innoxia crimina pdtationis. & post mortem calumnia componitur.  
cum cognitio poenam puenire soleat. non poena cognitionem; quid enim prodest  
defuncto absolui. cum iudicio iam nihil debeat. suscipimus tamen. & iam sortem hu-  
iusmodi ut post necem de innocencia quaeratur. & libenter apud uos quoque causa  
agimus. praec defunctoru que integritatis. qui statim armati paduersariis; ita nul-  
la argumenta calumniaribus suppetunt. ut apud uos quoque grauiorem causa  
habeant qui tam cito credidistis; Bonus enim iudex circumscriptum se esse menda-  
cis dolere. & eo est fallenti infestior. qua ad peccato quod temere se impulsus ut falsis  
credere & ulciscendum arbitratur.

Integrum igitur nobis examen reseruate. & colligite ueritatem. non ex contex-  
tione sermonu. sed ex serie negotiorum. Primum omnium. cur romanis pderem.  
patria quos potuimus & non lacessere; & forte oportuit fieri. ut non excitarem  
uniuersarum uictores gentiu. sed hoc non est iam p sentiu partium deliberare;



Superioris temporis fuit eligere quid sequeremur. Nunc oportet & libertate oc-  
cumbere. Praestatenim pro patria mori. sed qui abellu in ceruicibus. multam ex  
fratribus capti. alii necati. dolor ex mortuis. gemitus ex reuinctis. eligenda magis  
liberamors quam uita captiuitatis;

**S**uppetatamen mortuorum. falsi criminis abolere infamiam perditionis. Apud uos  
id mei causam agimus. Prodantur consui. deducantur in medium nuntiorum  
interpretes. Si tenent indices prodant. Si non tenent. quid accusant & uanis in si-  
mulant suspicionibus. quasi sibi composuerint. Non debent arguere quod  
**N**on possunt probare. Sed quia accusare non audent. dissipare pro uulgi deside-  
rant. Et ideo ad bellum prosiliunt. Ne in iudicium uocentur. In bello enim concen-  
tus furor est. in pace ueritatis examinatio. adsumus. Et primi supplicis nos  
spontanci offerimus. si tamen aliquis accusator prodant. aut in populum inuidia  
torquetur. quaerite diligentius. quid consilii fuerit in coetu publico. Nonne  
ut bello parentur instructa agmina. aut libertate unusquisque patriam iuuare &  
aduersum ipsos certelatrones. quid deliberatum fuerat. nisi ut pax conueniret.  
**E**xasperauerat publicam indignationem singulorum dolor. innocentium san-  
guis. mulierum gemitus. patrum uelatorum peruariatio. Incepit gemitus  
uniuersorum. quia unusquisque sibi similia pertimescebat. ad indignissimos sa-  
cerdotia deferbantur. peti coeperunt uocibus. Illi lapidibus plebem cedere. telis  
necare. Exarsit publicus dolor. illi in templo latronum sibi receptacula constituere.  
Itaque pacis locus reuerendus & a gentibus & domicilium scitatis factum est  
perdonum conciliabulum. Et quo ex omnibus terrarum partibus confluebatur  
ad cultum festae celebratae. ibi nunc stabula quaedam ferarum sunt humano cruore  
madentia. Licet uobis haec querere uel armatis. sine lege belli. tamen fuit ple-  
rumque inter arma iudicium. & iustitia deposuit belli instrumenta. conpescuit  
tubas aequitatis sententia. Potest haec arma ad defensionem urbis conuertere.



quae sumpsistis ad uersionem. Licet & iam introire sine armis. audire & praecurrere  
 omnia. siquid remissum aduersum hostem repperitis. proditionem putate. Quod sine  
 iudices uos neque arbitros exhibere uultis. quid miramini si portae armatis  
 non aperiantur. Non istae aduersum cognatos sed aduersum arma clausae sunt.  
 Bellum deponite. & porte patebunt. Haec ubi sacerdotes locuti sunt. & maxi-  
 me iesus ceteris senior post ananum tamen qui secundo loco fungebatur. in-  
 dignantibus iherusalem quod non continuo urbe recepta forent. Simon unus  
 de duobus iherusalem. Minime inquit mirum. si aduersum ciues se uiuunt  
 & clausos tenent. qui nationi sociae portas clausere. & non patiuntur con-  
 sortes & participes suos ingredi. Nobis demuro locuntur. & quasi aduer-  
 sarios in muris repellunt quos amicos habebant. Quis dubitauit. quod parent  
 suscipere romanos & forte coronare portas quando illi ingrediuntur.  
 quae maior iniuria. patere nempe omnibus hominibus ista ciuitas sola  
 causa cultus & obseruantiae. nobis solum intercluditur quasi hostibus. soli  
 abdicamur. soli repellimur. Simulant se sum impetere iudicium. quos ne-  
 limine quidem urbis dignos putarunt. Lateant quae aduersum illos ges-  
 serunt. irae iniuriae testes & iudices sumus. Aduertimus quid clausi pa-  
 tiantur. quando nos arma iubemur deponere. Ceterum incredibile potest esse.  
 quod eorum expectetur sententia. quorum suspecta est fides. Festinemus  
 itaque eripere clausos quibus templum carcer est factum. ne seruentur  
 usque ad aduentum exercitus romani & captiui tradantur uespasiano.  
 Auferamus a templo obsidionem. custodes terribilissimos remoueamus. qui  
 neminem uel ad purgandum aluum egredi sinunt. Siquis intro ferre  
 erbum clausis desiderat. prohibetur. Siquis exire ad mortem rapitur.  
 crimen factum est cultus religionis.

Responsio iherusalem

105

Haec audiens ihs cessit. considerans auersa diuinitate frustra sese obicit.



quando quidem domi forisque hostilia streperent agmina & gemina ex  
parte ciuitas expugnaretur. fremebant idumei quod excluderentur.  
machinabantur in templo sui quomodo iungerentur idumeis. Hos an-  
gebat metus ne idumei ante effectum abirent. illis extorquebat pudor  
propositum regrediendi. Etiam poene obrepserat diffidentia. cum subito  
nocte oritur procella intolerabilis. tempestas atra. fremunt uenti. cadu  
inhorrescit. uis umbrium multa effunditur. Terribiles choruscationes.  
tonitrua immania. terrarum mugitus. ut solui mundus aestimaretur;  
Quis crederet plus nocuisse istud intra urbem positis quam extra urbem  
degenantibus. cum utique hi tectis muniti forent. illi obiecti ad umbres. Sed  
amplius terruit iniuriae metus. quam ipsa iniuria. Denique illi quinulla  
habebant refugia tectorum. dipeisse se tangebant manentes in officio. nec di-  
labentes. Isti circa domos suas quisque dispersi. locum dederunt. ut ab his qui  
intra templum erant portae aperirentur. **N**ec propterea & diuersa po-  
puli sententia. Aliud enim summum indignante idumeis tempestate mouisse  
arbitrabantur. quod aduersum participes suos armati uenerant. Ananus  
& profundiora seniorum ingenia. coniectabant. idumeos iniuria sui amplius  
excitari in sociorum perniciem. Denique sollicitior ceteris noctibus ananus  
illa nocte. non fatigatione corporis. sed animi magis desperatione. resolu-  
tione cessit rebus aduersum se fluentibus & militantibus in excidium suum mundi  
procellis. Nec reuisendas putauit custodias. quasi daret auctoritatem dilaber-  
di quo cuique esset sententia. Quam occasionem nati qui in templum refuge-  
rant. surgentes secuerunt ueltes portarum. Cooperatus est illis cadi fragor.  
ut serarum sonus non audiretur. & tumultus egredientium. Deinde uenientes  
ad murum. portam quae uicina erat idumeorum coetibus reserare. Ulti-  
mus ille uniuerso populo dies fuisse. si non ad templum prius quam in urbis



sinum dirigendū putasset. Sed quia metuentes sibi qui in templo clausi tenebantur: necognito ingressū iduētorū in ipsos circumfusae plebis impetus fieret: ut uindicta morituri exposcerent: rogauerunt ut ipsi primitus eladi eximerentur. tum postea liberatis ipsis & coniunctis uiribus in populū effunderentur; Deflexere ad eos qui legatos miserant oratū auxilia saluti simul: ut in sperate merces in ruptionis auctoribus eius hoc munere potissimū rependeretur;

**Q**uod ubi processit: ex sententia simul omnia in templo quasi quodā castro effusi: extenta acie: quoscumque reppererant dormientes alios: alios perterritos totos caedebant uis. Nihil proderant preces: nulla crime: nihil insignia honoris: nullorum meritorum gratia: omnia passim iugulabantur; denique uidentes bestiale insequentibus immanitate quod nulli parceretur: ipsi sese in laqueabatur miserabiliore ut mihi uidetur exitu: quā si ab hoste perimerentur: quia uoluntaria mors immanitati adscribitur: in formis laquei nodus & in probrum datur. Sed quis consilio locus: ubi tantu seras metus suppliciorū: cū metuere & unusquisque non morte sed cruciatu ante mortem: quibus mors remedio foret; redundabat ubique sanguis: & maxime circa templū: quia ibi congregata erat: qui clausos custodiebat. Repta denique illo die caesorum octo milia quingenta uiri;

**I**nde conuersi ad urbem: sicut gregem quendam pecorū: ita homines quoscumque obuios habuere interimebant. Erat miserabile spectaculū: intra urbem omnibus ante reuerendā bellūgeri: prociem iniustā pauperibus ac debilibus inferri. Sane iuuenes ac ualidiores in carcerē retrudebantur: quos factiōni idoneos arbitrabantur: sed magna uirtute plerique omnia subire supplicia malebant: quā ut perditis sociarentur; Nec modus erat ullus: nec pudor: ita furebat rabies immanitatis. Post ubi de furere uisi processu temporis: causas sibi simulare coeperunt: perimendorū: quo ad iudicia reos ducerent: si ut requireretur iustitia: sed ut crudelitas excitaretur;



Erant in ciuitate zacharias qui odissent & improbos necesse miscerent & flagitiosos diues opum.  
Quarū illi habundantiā uel ad dissoluendā factionē suā efficacē opinabantur uel ad pre-  
dam sibi uberem; Hunc p̄ditionis crimine arcessendū putarunt; At ille ab huius  
modi integer conscientia adesse sibi coepit cum libertate. ut non solū diluere ob-  
iecta uerum & iam reos ipsos maximorū adstrueret & flagitiorum. Apud septu-  
aginta uiros dicebatur negotium; Absoluunt om̄s. quia nihil quod ad finē eēt  
sceleri p̄ferrebat; Uerum illi intruētes & ipsum p̄cipitant in p̄fundū & pro-  
turbant iudices non solum iniuria sed & iā cum periculo. ut eorum exemplo  
ceteri in reliquū cauere. Constantiā in iudicando aduersā eorū uoluntate  
adsumere. Rursus tamen ne quis absolueretur. ipsi irarum suarū exccuto-  
res quos libitūerat sine iudicio necabant. Caesūs gorgon uir gratus & amabi-  
lis. Niger quoque pagites qui inter p̄pugnatores iudeae ad tuendā rei sum-  
mā fuerat electus bellator uir. ut & iam uulnerum cicatricibus uirtutis insignia  
p̄ferret. Rapitur ad mortem. & cum iam extra urbem ducere uideret non iā  
puta sed p̄ sepultura coepit rogare. ac ne huius quidem tam miserabilis peti-  
tionis responsū accepit conueniens misericordie; fingebantur calūnie.  
si quis se redimebat innocens erat. quin non offerebat pecuniā tāquā reus feriebatur.  
Dū haec hierosolimis aguntur. uespasianus inter ca partes alias debellat  
gentis iudeae; Puenit ad eū quae seditio eēt hierosolimis. quas pro elis  
domesticis necesse sibi ipsi inrogauissent. quae supplicia ciuū exacta ac iu-  
bus; hortari plerique ut eo p̄geret. ne quid triumpho romano & suae  
gloriae decerpere tur; At ille moderatus & p̄uidus uir quinonid qd̄ excusū  
uulgi ad cōmodū existimaret sed qd̄ altiore consilio rei sume conducere  
arbitraretur. Referre illa suadentibus coepit. non semp̄ pro elis iuuari  
rem publicā. sed plerūque & iā depositis armis laudē parari & debitum  
patrie solui; Quid inter est quomodo uincatur hostis. p̄rone. an suo ferro.

20 vespasian

10 totu



nisi quod suo sine romana in uindicta prosternitur. Non enim possunt de nobis quaeri. cum se ipsi consauiciauerint; Simul quam iusta bella nobis mouerint significat. quando nec sibi parcunt. uindictam hanc de caelo uideri. ut furor in insaniant. qui romanos lace ssuerint. Sed si quis derogari aliquid gloriae suae adserit. cognoscat proinde <sup>capitulum affine ad</sup> rare sepe remedium cum silentio. quam prodiu cum periculo; Denique pro maxim. cunctando magis fregit hannibalem quam prodiando; Et si scipiones subegerint africa. tamen communis bellorum cum multis uictoria. maximo solidatum quod cunctando restituerit re romana. Plus itaque est seruasse romanum imperium. quam pro pagasse; De quemus tamen merita uirtutum; Non minora utique in ipso bello sapientiae commenta sunt. quam insignia fortitudinis;

**P**ercant igitur suis armis. nihil laudi deminuitur. & plurimum uictoriae suae ad iungitur; Nesciunt suos seruare quibus nos parcimus. Quid quod summinere coeperimus. fortasse inter se resipiscant atque in gratiam redeant. Quod non ueretur. sed aduersus iram sententiam profero. Aut si permaneat seditio. uideantur ipsi sese expugnauisse. nihil romanum egisse exercitum. Manus nre otiose fuisse. uictoria non uirtute nra sed hostili internicione inter se partam. Itaque hoc prudentius consilium. ut absentibus nobis seruiant in exitum sui. Ne quis putet eos nris magis quam suis exercitos factionibus; Tunc melius adpropinquabimus ubi uictor super fuerit. quin pro accedat triumpho; Certe ueniant ad nos qui fugiunt suos. inueniant apud nos salutem sibi. quos suorū pestis exagitauerit. Nec se fellit opinio uespasianum; Nam qui poterant pro se redimere. ut dimitterentur. ad romanos confugerant; Repleta graui dilabentium strata uiarum omnia. omnes semitae relaxabantur. diuites pauperes interficiebantur. Quibus pecunia decerat ad redemptionem; multi etiam extra urbem insidias & latrocinia permescebant. & maxime inopes quibus comitatus decerat. Pari itaque foris & domi



proposito sibi periculo utroque periculosus: plerisque tamen patri spe sepulchri  
mors apud suos tolerabilior aestimabatur: ubi strage maxima populorum  
mecum in omni sparsus subditos factioni fecit uniuersos; Non contentus comu-  
ne cum principibus factionis exercere iohs potentiam: tyrannide affectare oc-  
cepit & parere indignabatur; Destruere itaque aliorum statuta: nihil nisi  
quod sibi libitum fore & ratum habere: paulatimque sibi ad seiscere stipatores:  
ad se ex dolo quos uelle & fraude circumuenire: obligare pecunia terrere po-  
tentia: quibus astibus plurimos sibi ad sociauerat; Rursus non deerat qui  
uel periculoso studio seruitium decretaerent: cum per se tyrannidatione ad se  
tolerare seruitutem nequirent; Decernebant itaque in una urbe tria gene-  
ra exiti alium calamitatum: tyrannidis: seditio: bellum: Quarum unaqueque non una  
sed plurimas urbes delebat; Ex tribus tamen leuius bellum erat: & iustus hostis  
tyranno aut factione tolerabilior uidebatur; Accessit his quartum genus  
sicariorum: qui occupata tyrannicis motibus aut seditionis tumultibus urbe  
uidentes uicinia omnia populabantur: ad sportabant omnia mulieres & pueros  
qui laborem ianeris uel sexus uel aetatis infirmitate prope non poterant; Nec  
dabant; Septingenti itaque numero proempti conuectatum in castella frumentum;  
inruerant agris: urbibus templis: praedae agebant; Nec andorū occasio non pro-  
ter mittebatur; Agminis specie latrocinium exercebant plures: quamuis  
habebat latrocinandi; Latrocinii seuitia bellum acerbabant: sine uenia dedi-  
tionis aut susceptionis indulgentia; Rogatur itaque uespasianus ut ad re-  
mediū ueniat: a quo occidium metuebatur; Contendit gadaram ubi opulescenti  
plurimi qui patrimonii sui causa magis magisque latronum insidias & in-  
cursus peramebant; Et ideo occulte ad uespasianum miserant: ut ad se adpropin-  
quare quo ciuitas a latronibus erueretur; Adfuit exercitus romanus;  
quem uidentes gadarenses confugiendi uotum habebant; Sed quia uia



inexcitabile sibi id fore non repperiebant. Ne indiscedentes insurgeret factio  
 atque uniuersos deleret; Non propter uictamen legatione gadarensum inuita  
 tum uespasianum eiusque legationis conscium utpote urbis primorem nomine  
 dolesum; Quem capientes interemerunt. Atque ultra iniuriam egressique  
 urbem in abdita & munitiora sese contulere; Cadara romanis tradita &  
 cum ingenti plausu susceptus est uespasianus; Is continuo ad persequendos eos  
 qui refugerant placidum direxit ipse reuertit in caesaream; Placidus promissis  
 quingentis equitibus fugientes secutus coegit eos in uicium qui proximus eret  
 concedere. In quo repta electorum pube iuuenum audaciam sumpserunt ut in  
 surgerent in romanos; Quae res illis maxime dadi fuit; Nam circumfusis  
 equitibus a uico exclusi sine ullo cedebantur impedimento. Et dum alii con  
 festi sese recipere ante limina portarum trucidabantur; Caesorum cadaue  
 ribus aggerata moles adaequauerat murorum altitudinem; Romani alios  
 sagittis figebant alios sauciabant diuersis missilibus ad postremum castel  
 lum expugnauere. Ibiq; omnes nisi quibus elabendi facultas fuit interfecerunt.  
 alii fugientes ingentem famam romanorum uirtutis suis sermonibus exaggerabant.  
 maiora sibi quam hominum uisa corpora nullam cuiquam resistendi aduer  
 sum uictos fiduciam; unde perterriti omnes fugere ilico. nec solum uicina  
 & finitima sed hiericho urbis que propter incolae multitudinis ag  
 mina specie caeterorum fouebat retinebatur; Placidus rebus ex sen  
 tentia fluentibus eos quoque per equites insectatus alios confertos  
 alios palantes sternit usque ad flumen iordanem. maximum quoque  
 numerum ad ripam fluminis repperit impedito transitu. quo de tunc for  
 te predictus amnis imbribus auctus aut resolutis in uis intumuerat;  
 At illi ubi romanos ad eum uiderunt parant sese & ad ora fluminis  
 se parant; necessitas interduo fugae subsidio remedium in manu uertit.



Et impetu facto inulti supra pauciores aequites arrietantur; Illi autem tenete  
& ueteri militiae more inter aequitantes dissicere hostium cuneum dissoluere  
globos fessos. urgere cedentes. sequi coepere; si alii ferro hostium alii suo.  
quod conferti in unum atque in se redi incurrerant interficiebantur. alii  
in flumen iuebantur. qui ipsa sui ruina & alius alio implicati demergebantur;  
plerique etiam aestimantes quod possent per gredi sese fluuium dabant. Quos  
paululum progressos sorbebat gurgitum uis aut fluminis ictus abripiebat.  
Et si qui natandi usum supra aquas processerant. ac fluentis subter labentibus se sus-  
penderant. aut arborum ramis impediti qui fluuium deducebantur. aut ipsis  
caudicibus oppressi animam ponebant in flumine; Sepe etiam nandi indolus  
ubi natante adprehendisset tenebat ut ipse pariter euaderet & adstrictum  
brachium defatigabat. donec uterque mersus. alter alteri exitio foret.  
Nesci quis forte secundo amne decurrens euasurus aestimaretur. in suebatur  
sagittis. ac subito resupinus cessantibus brachiorum remigis interibat;  
Fuerunt etiam qui natantem nesci dum ex pte doloris mortem requirunt. edi-  
tori parum toro in fluuium sese excutere uoluntarii. alii harenoso ingres-  
solitore merso uestigio deprimerentur; Plerique etiam saxorum teretium lubrico.  
aut uadosis offensis locis. instabili fluctuantem gradu fluentis sequentibus  
obruerantur; caesa ferro tredecim milia. Innumerabilis autem multitudo fluuium  
consumpta. praeda ingens de ouium gregibus & camelorum atque asinorum &  
boum parca; quae licet strages hominum maxima fuerit. tamen uero maior  
aestimabat. quia non solum regio omnis repleta erat cadaueribus huma-  
nis. cum dispersi ac palantes quibus; caeque in locis comprehensifuerant interime-  
rent. Verum etiam ut iordanis ipse defunctorum corporibus obstructus.  
caris suos proprios dirigere non possit. asfaltus quoque lacus cruore &  
uisceribus defunctorum mutaretur in speciem suam. inque omnia quae



QUAM MACHA  
STRAGES

cumque iordanis adtraxerat inuadebantur Denique nonaginta  
duo milia & ducenti illadie perisse iudaeorum aestimati a quingen  
tis tantum modo equitibus & tribus milibus exercitus pedestris;

Progressus quoque ad ulteriora placidus ab ilam & iuliam & bechesmon  
& omnes loci ipsius usque ad assaltum lacu romano imperio restituit.  
Scas quoque imposuit milites a quibus uniuersi qui in lacu memora  
tum confugerant exanguerentur. Itaque & haec & roma usque ma  
cheruntem recepta.

Vespasianus tamen tempus prodiu opperiebatur. quo metropolin  
totius iudeae exercitu romano adortretur. Interque occupato reb;  
sibi creditis motus noui ex gallicanis partibus insinuantur. quodaxe  
sone potentes quidam romanemilitiae uiri descuissent. Quo compto  
cupiens intestina bella ac summerei totiusq; romani imperii pericu  
lum. confecto in oriente bellorum tumultu leuare. ut reru secundaru  
nuntius motus omni italie. uel comprimere & uel puenire. Ubi primu  
seu a hiemis temperata ueris principio. cum maiore parte exercitus  
de caesarea iter mouit. excepit eum anti patris nomine ciuitas appella  
ta. Inde procedens exurebat uicos. Nec abateos quos reppererat alienos.  
Ac maxime idrmeis uicina. quaecumque offenderat depopulabatur.  
qd inquietu genus hominu. bellis potius qua otio uel quieti amicum  
fore. Duos quoque idrmeae uicos ligarin. & capartore. eorumque  
incolas comprehendens. maxima strage labe saltauit. Siquidem supra  
decem milia uirorum pempta. mille captiuos abduxit. reliquu uulgu  
expulit. ut ibi constitueret manu suoru. qui montana locoru re  
gionis eius latrociniis infestabantur. ipse cum exercitu amathun

reperit quae de aquis calidis uocabulu sumpsit. quod aquaru uapor  
Quod aqua & uapor syro sermone amathus appelletur grece uero  
terme fons calidus intra muros



serro sermone amathus appellari fertur. Therme igitur grecedicitur.  
eo quod calidum fonte habeat intra muros. Deinde per samariam iuxta ne  
apolin iericho contendit. ubi occurrit citraianus multa manu agent  
ex his qui ultra iordanem sita per regionis populi in ditione romanam  
uicam reuertentur;

**N**untio itaque aduenientis romani exercitus plerique ex urbe iericho  
quod eam in tanta uiderentur in montana hierosolimitane regionis sese contu  
lerant. residentium turba omnis consumitur. Neque enim difficile fuit  
urbem perperato capi. quae nec naturali fulta eorum munimine. & casus  
eorum dilabentibus deserta ac destituta. Urbs condita in capite cui super  
eminet mons diffusior & nudus gignentium; Namque secundum septentri  
onalem plagam usque ad seropolis urbem terram extenditur. ex parte meridi  
ana usque ad regionem sodomitanam & asphaltos fines diffusus habetur. de gra  
uibus autem & ieiunium solum. & ideo desertum ab incolis. quod sine ulli cultoribus  
naturali sterilitate; aduersus hunc montem supra iordanem. cuius exordium  
a iulade & plagam septentrionali ad surgit; Ipse autem <sup>in meridiano</sup> tendit usque ad soba  
ros arabie petre conterminos. ubi & iam mons est usu ueterum ferreus. Nun  
cupatus; Inter hos duos montes campus iacet quem propter magnitudinem  
quod in multa spatia porrigitur. ueteri usu incolae magnam appellaue  
re. Cuius longitudo triginta & ducentorum stadiorum. Latitudo. c. & xx.  
exordium a uico genuabari. finis usque ad asphaltum lacum; Jordanis cum medi  
um caput intersecat. non solum inoffensa. sed & iam ad iuncta grata uiridantibus  
ripis fluminis alluione. & succedentibus asphaltio & tiberiade. unius  
fontis. & utroque diuersae qualitatis lacu. Namque alterius aquae sapor  
salsus & sterilis usus. Tiberiade autem dulcis atque genialis; Sane in die  
bus aestatis immodicus per spatia campi exaestuatur uapor. unde coalescente



uitio Nime siccitatis atque humi arido corruptior aer miseranda incolis  
 conficit aegritudines Arida sunt enim omnia praeter ora fluminis Denique  
 in remotioribus aegrescit & fructus arborum; siquidem & copia uberior &  
 fructus palmarum opimior est qui supra ripas iordanis fluminis gignitur  
 alius longe exilior; Est etiam iuxta iericho urbem fons abundans atque  
 idem uberior ad potum pinguior ad irrigandum quem iesus naue natione  
 hebreus manu ualidus primum gentem ripuit cananorum Is in principio  
 corruptior habitus ac sterilis ad generandum potantibus & usui parum salu  
 bris; Unde rogatus ab incolis eliseus propheta idemque helyae discipulus &  
 tanto successor nequaquam indignus magistro ut hospitalitatis suae merce  
 dem relinqueret quos uisitauerat locis & corruptelam aquarum leuaret re  
 mediū dedit sicut regiorum uetus scriptura edocet precipiens uas fictile cum  
 sale deferri sibi quod accipiens deiecit in fontem salis & dixit Sanaui aquas  
 istas & non erit in eis moriens neque sterilis ab eis; & sanatae sunt inquit  
 aquae secundum uerbum inquit helyae prophetae; Ex illa itaque benedicti sa  
 lis infusione temperatae aquae referataque ora fontis sanctificati sa  
 quarum meatus ut dulciores potus uenarum scaturigine effunderet & omnis illa dulces  
 ceret aquarum amaritudo uberiores fructus terra daret generande  
 quoque subolis opima successio largam posteritatis copiam subministraret  
 Nec deficeret generalis aqua cui diuina gratia piustorum fidelibus studiis  
 tanti prophetae benedictionibus adspirauisset;

**C**onuerit itaque naturam aquarum ad praesens prophetae caelestis oraculi resultatio  
 continuoque sterilitatem depulit fecunditatem infudit; Coepere illic crebres  
 cere generationes hominum fructus terrarum succusque ante ieiunus & a  
 marus inter necare solitus satamisti aquae bibentium ora torquere ferti  
 litatem solo potantibus suauitatem infundere ut si breuiter culta con

Oratio helyae pphe  
 tae quid de aq  
 sterilib optimis  
 ferat

sal helyae pphe

15



tingat plus prosit quam ubi diutius inrigauerit; Est enim noua gratia utpote  
 factus redundantiore sit ubi usus minor. & ubi amplius quisquam usus fuerit  
 ibi minor fructus sit. eoque amplius ceteris fontibus rigat. quia uel exigu  
 uel eius abundat ad ubertatem; Denique campus cum circumiacet septua  
 ginta stadiorum in longitudinem uiginti in latitudine patens. In eo  
 mirabilem horum gratia cernas uaria palmarum genera. Tantaque dac  
 tilorum dulcedinem ut melladesfluere spectes haud ceteris inferiora;  
 Sunt & iam illic praestantissimi apium fetus. Nec mirum ubi tam diuersis  
 inhalantes floribus paradisi suaues fundunt odores. Illic opobalsamum  
 gignitur; Quod ideo cum adiectione significauimus quia agricolae  
 cortice tenus uirgulas incidunt eas in quibus balsama generantur  
 ut per illas caernas paulatim destillans humor se colligat. Cauerna  
 autem greco sermone opē dicitur; Illic cyprum illic mirrobalanum nasci  
 ferunt. & alia istiusmodi quae in alius locis haut quaquam repperiuntur;  
 aqua ut cetera fontium illic tamen praestantius aestate frigida hieme te  
 pens. aer mollior ut summam hieme lineis utantur incolae exuuiis indu  
 mentorum; Nunc assalti lacus qualitate spectemus; Melius est enim  
 in locorum ueterum descriptionibus uel ceterorum aelementorum miraculo  
 quam in iudaeorum seditionibus stilum occupare; siquidem ista flagitio  
 mentem exasperant illa demulcent animum dum recensentur. & ad ueteris  
 historiae reuocant cognitionem; Nobis autem quibus incultius ingenium cor  
 di est patrum ex aegypto egredientium usque in terram resurrectionis repe  
 tere uestigia ut sicui forte pra in manus ueniant non pra legat sed  
 patrum relegat; Dulce est enim inter maiorum uersari habitacula. & ue  
 terum multa factaque recensere memoria atque eorum inherere gratiae;  
 Sed iam siue naturam siue qualitate aquarum exprimamus. si enoster

† De balsamo

opobalsamum ab opo  
 & cauerna

mirrobalanum

no. Panis assala

no.



quoque in eo lacu excutatur stilus. ex quo omnia quaecumque  
 mergenda putaueris. uiuentia tamen resilire opinio est. Et quam  
 uis uehementer inlusa statim excuti; aqua ipsa amara & sterilis.  
 nihil recipiens generum uiuentium; Denique neque pisces neque  
 ad suetas aquas & laetas mergendi usu patitur aues; Lucernae ac  
 censam ferunt aquis sup natate sine ulla conuersione. extincto  
 demergilumine. & quamuis demersum arte quod uiuat diffi  
 cile herere in profundo; Denique uespasianum ferunt prece  
 pisse nandi ignaros reuinctis manibus in profundum deiici. eosq  
 omnes ilico supernatasse quasi spū quodam uenti leuatos. & ad  
 superiora ui magna repulsos resiliuisse; Multa fabulosa de hoc  
 lacu plerique aestimauerunt. quae nobis in expertis ueritatem  
 rei promere nequaquam consilium fuit; Mutari etiā ter in die co  
 lorem aquae. & ad radios solis uarie refulgere non placuit pro  
 uero locare. cum sit ipsius aquae lacus obscurior ceteris aquis &  
 quasi adusti p̄ferens similitudine; Certe si ad radium solis & ip  
 sa resplendat. nihil nouū & quasi pro miraculo promendū.  
 cū hoc communis sit aquis omnibus; uagari supra aquas bituminis  
 glebas certum est atroliquore. quas scafis ad propinquantes  
 colligunt. Quibus id muneris est; herere sibi fertur bitumen.  
 ut ferro haudquaquam uel alia p̄acuta metalli specie recidat.  
 sanguini sane cedit mulierum quo menstrua soluentes leua  
 ri feruntur. Cuius ad tactu uel urina ut allegant quibus expe  
 riendi usus fuit. interrumpi proditur. Utalis aut ad compage  
 nauū fertur. & corporibus hominū salubris ad mixtā medi  
 camentis. Longitudo lacus eius usque ad 20 aros arabie dirigitur.

Natura aquae  
 cuiusdā lacu  
 qd nihil reci  
 pit uiuentiu

+  
 Denatura bitu  
 minis.



+  
Quid de gomorra  
& sodoma dicat

+  
mencio v. urbiū  
sodomorū  
De pomis urbiū  
sodomorū

Stadus quingentis octoginta. Latitudo instadus centum quinquaginta  
usque ad uicinia sodomorū. q̄ quondam uberissima regionem inhabitabant  
habundantem fructibus distincta quoque urbibus splendidissimis.  
Nunc autē ealocorū deserta atque excusta incendio s̄. Nam cū omnia illis  
d̄i suo contulisset munere arua frugū feracia & uineis ceterisque fruc  
tuosis arboribus rus consitū. ingrati nec p̄ oculis habentes potentia  
ā d̄i summi. <sup>+</sup> quasi non omnia cerneret & omnia prospectaret & flagitia. Ni  
hilque eorū quod illum latere aut p̄terire possit. ita intemperantiae suae  
probris miscere uniuersa ac polluere cepere. Quibus diuinā traxere  
offensam. & pro scelere p̄ao de caelo descendit ignis qui regionem illā  
excurret. <sup>+</sup> Quinque itaque urbes incense. quarum umbra quaedam  
& species in fauillis uidetur. arseret terrae ardent aquae. in quibus cae  
lestis ignis reliquiae recognoscuntur. atque adhuc manent species illae.  
Ad speciem pomauiridantia. formatos uuarū racemos. ut aedendi ge  
neret. spectantibus cupiditatem. sic arpas factis cunctae cresoluuntur  
incinerem. fumūq; excitant quasi adhuc ardeant. Haec propter impi  
orum supplicia de somitatio territorio compta silentio ducere nono  
portuit. His enim decursis. remunerationē piis fore dubitari non po  
test. **De castellis hierosolimae**

+  
De hierasa ur  
be

Caesarianus itaque proximaque hierosolimitane urbi castella uel  
urbiū munimenta distributa exercitus romani uel sociorū subsidio re  
plebat. ut aduersa sibi omnia cognoscerent quae ante. conspiratura secū  
ad bellū contra romanos gerendū arbitrabantur. <sup>+</sup> Nihilominus & iā  
lucio anno gerasa destinato. insidus urbem coepit. mille & iā iuue  
nes interfecit. quibus p̄uentis. exempta est fuga. Captiui abducti  
plurimi. atque uniuersorū patrimonia a militibus in uasa. p̄cepto ducis.



possessiones quaere per te fuerant exurebantur: rapine exercebantur  
licentia; vastabant romani montana atque campestria. quibus hiero  
solimitana ciuitas circumfusa bello undique ardebat;

**N**ec ferata erant hierosolimitani a suorum sensu periculorum. quibus omnes  
interclusi erant. Exitus ne quis fuga periculo eximeretur; intus malum in  
testinum. foris clausa omnia. neque manendi uoluntas. neque fugiendi erat  
copia. & si qui a romanis ueniam trans fugio sperauerat. a suis egredi  
prohibebatur;

**fuerit. omni  
aditu inter  
clusa**

**¶ Nero moritur**

**R**egressus erat uespasianus in urbem caesarem ut inde collectis omnibus uiribus  
adoretur hierosolimitane urbis obsidione. Nuntiusque aduenit cae  
sum nerone testis dodecimo exacto imperii sui anno. cum iam de anno sequen  
ti octauum diem degeret; dignus ea poena. qui non solum fidem sacrilegio. pie  
tate parricidio. pudicitiam incesto uiolauerit. sed ipsam quoque potesta  
tem romani imperii. cuius uel officia uel negotia. in probissimis libertorum  
comiserat; Cum enim ipse nulli fidem seruaret. omnes suspectos habebat. Et ideo  
nequissimis. Nymfidio & gemellino precipue credendum putauit. quos uilis  
condicio obnoxios fecerat; sed & ipsi exemplum crudelitatis eius aliquando per  
horruere. Et quia carissimos sibi quosque interemerat. cauendum in se rati  
peruenire uoluerunt quod metuebant; Itaque facta cum ceteris conspiratione. par  
ricidam deserunt. Cui enim par citurus aestimabatur. qui matri non pepercisset.

**D**esertus igitur ab omnibus suis fugit ex urbe cum quattuor libertis suis. & cum  
seurgeri imminentibus conuatis atque agmine aduerso uideret. in subur  
banum rus. danculo concessit. discissus & dilaceratus sentibus dum formidat aquoqua  
uideri. pepercit; Deinde cum se circumseptum intellegeret. ne graues poene exige  
rent. manganum quoddam sibi deligno parauit. & manibus coposuit suis. quos se ne  
careret. Et ad libertos conuersus. qualis inquit artifex moritur; Ita acerbissimum par

**¶ Nero fugit man  
suum**

**¶ manganum  
Demortene  
ronis**



Galba imperio  
romano post  
nerone p̄ce  
Othone extincto  
galba imperii  
successu potitū

De praunitatib;  
simonis

ricida dignū meritis suis uitae exitū tulit. ut qui matrem ac suos occiderat nec sibi parceret.  
Clerebon necesse arte fecit. qui commentus est ut sic periret. uel ne in mors sua scelere uacaret.  
Fama itaque interfecti neronis p̄uenerat more ingenui humani. Cui satis est ubi cupita acceperit. cetera p̄requirere. sed statim dissipare. atque inexploratum in uulgus mittere q̄d delectauerit. Nec multo post tam galba romano imperio p̄ce innotuit; Unde sententiā noui principis de bello iudaeorum suscitari uespasiano consiliū fuit. Misitque titū filiū & regem agrippā; Titus de achaja reuertit. compro q̄d & iā galba septimo mense ac die ad sumptū potestatis exutus insignibus poenas luit & in medio sinu urbis id est romano foro. Otho potitur rebus secundis ac successu imperiali. Agrippa romā contendit ut apud nouū principē locaretur gratiā. Tito pluris uis est patris pietatis reuerentia quā principalis potestatis. q̄d in consulto patre si p̄tenderet. Ne ipsi quidē principi placitūrum putaret; Certe exitus docuit oportune cum redisse ad patrem rebus nouis & incertum quo uergeret.

Denique & iā uespasianus anxius de totius imperii romani ac patriae statu bellū suspendit. atque impetū tenuit suū. post abitis quae in iudea gerebant praetorius summe cura & pia erga patriā sollicitudine; sed iudea si feriabat quā grauius bellū in suos quā aduersus externos gerebat. Nā cū iohannis factio eēt intolerabilis. Insurrexit p̄terea simon. inferior quidem morū impbitate. sed forma corporis magis fretus ad omne audendū nefas. & atrocibus ad suū factus ad usum & p̄cepta m̄tū flagitiorū. Cui seras gerasenus robustus iuuenta. Quē princeps sacerdotū anan̄ p̄culerat. p̄p̄ nequitie cōm̄ta. pulsūq; eo quē in habitabat loco. in alias regiones concedere coegit. at ille cui nullus in ter quietos & modestos locus contulit sese ad consortia latronū. Ipsis quoque in principio suspectus. nec os factioe circūuenire. facile postea morum se infudit societate;

19



**P**opulabatur cū his eaque essent finitima munitionibus quod illi ulteriora  
 petere non praesumebant. sed quasi infoueis latitantes insidiabantur prae-  
 ter meatibus sine ullo excursu quasi domestico latrocinio contenti; Id simon  
 animi immodicus tolerare diu nequiuit. breuique sibi multorum quae sunt  
 manū pollicens seruis libertatem. liberis praemia. perditis remunerati-  
 onē. Ita confluentibus plurimis addepraedandi licentiam. expugnare  
 munitiones. occupare urbium populos ausus. terribilis omnibus erat.  
 Receptaculum sibi in uico cui nomen aiacis muros parauit. iamque xx  
 milibus armatorum stipatus incedebat; cū subito metuentes hierosoli-  
 mitani cotidianos eius processus. & aduersum se futuros ratus diutius ad-  
 oleuissent. succidendos putarunt. & repente quoque excursu armatissimo  
 nem adorantur; Nec ille incautus atque imparatus insidus patuit. sed  
 excepit aduenientes & plerosque fudit. alios coegit in urbem sese re-  
 cipere bello fugatos; Idcirco quoque congressus aequalis recessit.  
 & quasi uictus quia non uicerat agebatur; <sup>edi</sup> Tursus cum congruen-  
 dum fore & commodius arbitratus dolo experiri. repperit spontaneū  
 fraudis ministrum; Namque ubi intellectum est quid iste adfecta-  
 re iacobus unus ex principibus idumeorum uaser & callidus adhu-  
 iusmodi negotia uenit ad simonem clanculo. & obtulit patrie suae  
 prodicionem. ut fidem daret quod uniuersos idumeos circumueniret.  
 postulataque mercede future societatis. quod potissimus apud eum &  
 fortissimus fore pollicetur uniuersorum prodicionem; conuiuio foede-  
 rata gratia promissisque ingentibus simonis. firmata inter utrū-  
 que est pax;

**V**bi ad suos reuertit iacobus. iactare primo paucioribus coepit exprola-  
 tum processisse uires aduersariorum. uindictam ualidam manu exper-

Congressum  
 simonis cum  
 idumeis explo-  
 ratione eorum  
 dolo reperta



tos bellu uros multitudinem maximā & bello insuperabilem. inserere paulatim sermonē istiusmodi principibus. postremo infundere perueniet sos. ipsum simonem admodū strenuū qui regio more exercitū instituit uis & ordines seruat & numeros distributos habet & ductos res idoneos praefecit & consulere sibi idr meos oportere. ut talem uirū amicum potius quam hostem experirentur. certe in congressu superiore uiderent. cederent sine periculo. cauerent proelium; ubi plura morū inclinata in sententiam suā studia cognouit. edocto simone ut in aciem prodiret securus future dispersionis idr meorum. ille non distulit. hic uelut antesignarius cum suis & quasi ad proeliandum promptior. ubi ferentarius temptatum proelium. priusquam in manus ueniretur. conuerso equo fugę sededit. idem sui fecere; ita conuertit disper sitque acies uniuersas. & uictoriā simoni sine certamine bellu tradidit.

**I**lle potius tante gentis triumpho insolentior in ceteros factus. & bebron uetustam urbem celebrem populis. opum diuitem ante expectatum cepit. multamque in eo praedam repperit. diripuit fructus uberrimos; fertur enim antiquissima non solum palestinae urbium ciuitas. sed & iam omnium que sunt in aegypto a uetustis condita. ut & iam mem sim que antiquissima habetur posteriorem plerique existiment; fuisse etiam qui habitasse in eapatre abraham dixerunt postea quam de mesopotamia profectus aegyptū petiit. filiosq; eius illic sepulcrum habere pulcherrime exstructum marmore & opere elegantissimo septimo acuitate stadio; terebinthus illic magna arbor a constitutione mundi fuisse adseruatur. Nunc autem utrum adhuc maneat incertum nobis est.

**I**nde progrediens. uastabat territoria. expugnabat urbes. congregabat populos; & milibus armatorum stipatus. exinanibat omnia quoque uel

ferentarius

Origo patris  
abraham

terebinthus manens amun  
disconstruoni



quasi amicus & socius accesserat; qui seminum locustarum supererant alimentis  
solopedum uestigio in modum pavimentum procrebantur uniuersa in quibus  
tantus constituerat numerus proeliorum nec solum quicumque erat fruc-  
tus auferebatur quasi quibusdam exesus locustis sed etiam in posterum pau-  
menta humus fructos negabat.

Terrebat iohannem quod simonis augebatur potentia & totius factionis so-  
cinq. uidebantur; uolebant perditum sed bello non audebant laessere;  
Iterum insidias parant & obsidentes itinera uxorem eius cum omnium comitatu  
muliebri & paucis uirorum prosecutoribus rapiunt; lactabant se quasi  
omnem confecissent uictoriam ac uelut ipsum simonem captum te-  
nerent supplicaturum sibi arbitrabantur; At ille durus inimicus quinul-  
lius affectu conueniretur nihil carum aut sem habere & inflammatur  
quasi accepta iniuria potius quam erepta gratia multoque se uior gra-  
uibus excrutabat tormentis quos repperisset & plerisque incidere manus quos  
